



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendium Sacrorvm Ritvvm Et Caeremoniarvm**


**Vinitor, Gerlacus**

**Coloniae Agrippinae, 1656**

Pars VI. De Ritibus feruandis in quibusdam Praecipuis diebus & festis  
occurrentibus per annum continet Titulos viginti octo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9459**





## PARS VI.

*De Ritibus seruandis in quibusdam precipuis die-  
bus & festis occurrentibus per annum.*

### TITVLVS I.

*De tempore Aduentus.*

1. **T**empus Aduentus Domini partim est lu-  
ctus, partim lætitiæ: Ideoque *Alleluia* in  
quibusdam omittitur, & in quibusdam officijs  
additur. Omittitur quidem post Graduale in  
Missis quæ dicuntur in ferijs de Aduentu, non  
tamen in Dominicis; additur verò multis Anti-  
phonis, quæ eodem tempore dicuntur. Omitti-  
tur etiam Hymnus Angelicus in Missis de ipso  
Aduentu & Hymnus *Te Deum* ad Matutinum in  
Dominicis & officio de tempore.

2. Toto hoc tempore Aduentus, quando of-  
ficium fit de eo, vtendum est colore violaceo,  
etiam Dominicis diebus infra octauam aliquam  
occurrentibus.

3. Diaconus & Subdiaconus in maioribus  
Ecclesijs scilicet Cathedralibus, Collegiatis, &  
in Ecclesijs Regularium insignioribus in Missis  
de Aduentu vtuntur Planetis plicatis ante pe-  
ctus ex Missali & Decreto congregat Rit. Exci-  
pitur tamen Dominica tertia, quæ dicitur *Gande-  
te*, in qua vtuntur Dalmaticis consuetis, sicut in  
hebdomada sequenti quando tantum dicitur  
Missa de eadem hebdomada. Planetæ autem il-  
læ sunt eiusdem formæ & coloris, ac illa Cele-  
brantis, sed tantum plicatæ intrinsecus vsque ad  
pectus, vel reuolutæ aciculis aut quibusdam  
vinculis

PARS

**T**

vinculis



vinculis firmata, ne pars earum anterior decidat. Finita autem Missa possunt eadem acicula aut vincula auferri, & sic inseruire poterunt alijs Sacerdotibus pro celebratione Missarum.

4. In iisdem sumendis aut deponendis hie ordo seruari debet, Subdiaconus cantaturus iam Epistolam, paulo antequam accipiat librum, eam deponit in aliquo loco congruo & conuenienti ad id deputato adiuuante eum aliquo Acolytha in cornu Epistolæ; cantatæque Epistola, & accepta benedictione à Celebrante, eam resumit antequam deserat librum Euangeliorum Celebrantis.

5. Diaconus similiter suam deponit eodem modo & eodem loco paulo antequam accipiat librum Euangeliorum, & assumit aliud genus stolæ latioris & eam aptat super humeros, eodem modo quo solitam stolam. Resumit verò planetam plicatam tantum post Communionem Celebrantis scilicet postquam Missale detulerit ad cornu Epistolæ post depositam stolam latiore.

6. In minoribus Ecclesijs Diaconus ministrat Alba, Stola, & Manipulo violaceis indutus, Subdiaconus verò Alba & manipulo tantum. Excipitur tamen Dominica tertia, vt supra dictum est, & ijs diebus, quibus dicitur Missa de eadem Dominica, quia tunc vruntur Dalmarica & Tunnicella.

7. In ipsa etiam Dominica tertia pulsantur Organa, & Altare aliquantulum solemnius paratur, quàm alijs Dominicis, in quibus abstinendum est solemniori apparatu.

8. Feria secunda cuiusque hebdomadæ Aduentus, dicitur officium defunctorum, & dicitur Missa conuentualis pro eis quando festi nouem lectionum non impeditur, quia non est Missa peculiaris pro ipsa die. Quando verò fe-



omnes secundæ impediuntur aliquo festo nouem lectionum etiam translato, tunc eo anno omittitur toto Aduentu & non propterea dicitur alia feria. Omittitur etiam in vigilia Natiuitatis Domini, si occurrat feria secunda.

9. Si in qualibet Dominica Aduentus occurrat dies alicuius octauæ Sabbatho præcedenti dicuntur vespere integræ de Sabbatho cum commemoratione tantum de die octaua. Si tamen sit festum semiduplex à capitulo tantum fit de Dominica, & commemoratio de octaua, & postea de festo semiduplex & sequenti die Dominica non dicuntur preces ad Primam & Completorium & adhibebitur color violaceus. Et hoc seruari debet in Dominicis Septuagesimæ, Sexagesimæ & Quinquagesimæ vt definiuit sacra Rit. Congregatio.

*Gauantko  
sect. 3. cap. 9.  
num. 13.*

TITVLVS II.

De vigilia, nocte, & die Natiuitatis Domini nostræ Iesu Christi, & alijs festis & diebus vsque ad Purificationem.

1. Si vigilia Natiuitatis Domini occurrat in Dominica quarta Aduentus, fit quidem de Dominica quarta vsque ad Laudes, exceptis ijs quæ sunt propria vigiliæ, vt in Breuiario. Reliqua erit de vigilia cum commemoratione Dominicæ.

*Gauantko  
part. 4. tit. 9.  
3. num. 1.*

2. In prima huius vigiliæ solent cantari Martyrologium cum maiori quàm alias sollempnitate in quo Natiuitas Christi annuntiat; qua in re quisque abundat in ritu suo. Illud verò obseruandum, vt quando lector Martyrologij dicit *In Bethleem Iuda* eleuet

T 2

vocem



vocem & statim omnes genua flectant vsque ad ea verba secundum carnem eâ ratione qua ad Missam genuflectimus in Symbolo ad ea *Et incarnatus est* : & in vltimo Euangelio ad ea , *Et verbum caro factum est*. Humiliatio namque Deo, & nos vsque ad terram profundius solito humiliari decet, vt bene additum est in postrema Martyrologij recognitione.

Gauantus

part. 4. tit. 3.  
num. 10

3. Si vigilia Natiuitatis Domini venerit in Dominica, Missa cantanda erit post Tertiam, & post aquæ benedictæ aspersionem, quia eodem non ieiunatur. Si verò alijs diebus infra hebdomadam Missa dicitur post Nonam, nec Euangelium Dominicæ legitur in fine Missæ vigiliæ.

4. Cantata Nona terminatur tempus Aduentus & cessat versus *Angelus Domini* cum Collecta *Deus qui de beata*.

5. Vesperæ sollemnissimæ nihil extraordinarium habent. Si post eas sit è Choro discedendum dicitur Antiphona *Alma Redemptoris mater*, &c. versus *Post partum*, &c. cum Oratione *Domini qui salutis*, &c. vsque ad Completorium post secundas Vesperas festi Purificationis B. M. exclusiue.

6. Circa vesperum Sacrista præparat in credentijs Altarium aliquod vas mundum vacuum pro ablutione digitorum Celebrantis in eo post primam & secundam Missam faciendam, quia nec purificationem, nec ablutionem in vtraque Missa, si tres dicere velit, sumere debet. Item parat super easdem Credentias pocula cum vino & aqua, ex quibus Minister possit in ampullas vinum & aquam pro Missis priuatis infundere & Hostiarum cum Hostijs, inconueniens enim est pro singulis Missis ad Sacristiam recurrere.

7. Ante Matutinum Celebrans poterit orationes præparatorias recitare, si velit, ne durans



tante officio indecenter eas dicere cogatur.

8. Matutinæ congruo & tali tempore inchoandæ vt non ante sed post duodecimam noctis horam absoluantur, quia his immediatè subiungi debet solenne Missæ officium, quod ante dictam horam ob ieiunium naturale incipere non licet.

9. Dum cantatur octaua lectio Celebrans accipit amictum, albam, Cingulum & Stolam dicendo orationes pro singulis paramentis, ac tandem accipit pluuiale, & sedet donec completum sit octauum Responsorium, interim ad ipsum accedentibus duobus Acolythis cum candelabris & cereis accensis.

10. Finito octauo Responsorio Celebrans precitâ benedictione stans cantat vltimam lectionem ex libro ante se posito, ad quam omnes de Choro stant nudo capite. Ipse verò in fine dicens *Tu autem Domine miserere nobis* profundè se inclinat Altari & responso à Choro *Deo gratias* inchoat sibi præintonatum Hymnum *Te Deum laudamus* quem Chorus stans prosequitur de more.

11. Interim Ministri sacri parant se in Sacristia, ibiq; Celebrantem expectant, qui finito prædicto hymno, assistantibus sibi Ceroterarijs cum cereis & assistentibus cantat orationem, qua dicti Assistentes cantant versum *Benedicamus Domino* & responso à Choro *Deo gratias* Celebrans non subdit *Fidelium anima* sed cum prædictis Ceroterarijs recedit in Sacristiam, vbi deposito pluuiali, accipit manipulum & planetam, & imposito de more thure in thuribulum, procedit ad Altare vbi celebrat Missam solemnem.

12. Celebrans in hac Missa & secunda non sumit purificationem, sed hausto diligentius toto sanguine, quantum fieri potest, statim calicem



Corporali imponit attendendo ne purificatorio eundem extergat nisi in fine tertiæ Missæ; Deinde dicendo orationes consuetas *Quod ore sumpsimus. & Corpus tuum Domine, &c.* abluat digitos quibus tetigit SS. Sacramentum in prædicto vase nequaquam in Calice Subdiacono vinum fundente, quæ ablutio sumetur à Celebrante in tertia Missa post purificationem, vel etiam porrigi poterit qui communionem sumpserint.

13. Subdiaconus post abluitionem digitorum Celebrantis reponendo Calicem non extergat Calicem, sed illum deferat ad Credentiam aut potius Sacristiam sine purificatorio, vbi supposito Corporali decenter seruetur vsque ad Missam secundam, seu solenniter, seu priuatim celebrandam, ne impediatur altaris incensationem in laudibus faciendam. Idem seruandum in secunda Missa.

14. Finitâ Missâ, Celebrans cum ministris sacris descendit ad cornu Epistolæ, facta debita in medio altaris reuerentia, ibique depositis Planetâ & manipulo, accipit pluuiiale album adiutus ab iisdem ministris, inde facta debita reuerentia in Chorum redit, sine ministris sacris, qui statim in Sacristiam, factis Altari genuflexionibus, discedunt ibidem deposituri paramenta sua.

15. Celebrans in Choro absolute sine oratione Dominica incipit *Deus in adiutorium* & prosequitur laudes de more, & ad Canticum *Benedictus* fiturificatio Altaris maioris more consueto.

16. Antequam illucescat Aurora, dato signo solemnî salutationis Angelicæ, cantatur Prima in Choro. Tum Missa secunda solennis, in qua sunt de purificatione Calicis, quæ supra in prima Missa præscripta sunt.

17. Tertia Missa dicitur solennissimè post  
Tertiam.



Tertiam, in qua Celebrans sumit purificationem & ablutionem, & in fine post *Ite Missa est* Subdiaconus defert Missale ad cornu Euangelij, vbi Celebrans dicit Euangelium Epiphaniæ *Cum natus esset Iesus.*

18. Communi omnium sententia, qualibet hora post mediam noctem possunt celebrari tres Missæ supradictæ priuatim, hoc enim singulariter hac nocte tam gloriosa Natiuitate Christi illuminata Sacerdotibus fidelibus concessum est, quo piè ad tantum mysterium celebrandum detinerentur. Ad secundam & tertiam Missam non extergitur Calix ante infusionem vini & aquæ pro oblatione facienda, ne fortè guttæ sanguinis Christi Calici adherentes extergantur.

19. In Missis priuatis, si successiuè dicantur, finita prima aut secunda minister accedit ad latus Euangelij, vt in alijs Missis, vbi respondet genuflexus Celebranti. Celebrans autem lotis manibus post Communionem in prædicto vase (non enim decet in Calice lauare manus super sacras species quæ in Calice manserunt) ponit hostiam super patenam, & adaptat Calicem vt initio Missæ, illum velo cooperiens, & ponens super corporale extensum. Finito verò vltimo Euangelio S. Ioannis statim accedit ad medium Altaris, & facta reuerentia Cruci, descendit in planum, vbi incipit Missam vel secundam vel tertiam. Et quamuis fortè remanserint aliquæ species vini in Calice, non tamen propter à Celebrans debet genuflectere, quando transit ante Calicem. In secunda & tertia Missa Celebrans post oblationem hostiæ, non debet extergere Calicem ante infusionem vini, ob guttas sacras Calici fortè adherentes.

20. Si quis vnâ tantum Missam rationabili de *Ganantius* causa celebret, conuenit vt tertiam celebret quæ *part. 11. 3.* maximè est de die, habensq; orationem ipsi diei *num. 6.*



propriam. & officio diuino convenientem.

21. Antiphonæ in secundis Vesperis, *Tecum principium*, ita sunt priuilegiatæ, vt nunquam omitterantur infra octauam quocumque festo occurrente, quod fit præter morem aliarum octauarum.

*Cantantur  
fr. 6. c. 6.  
n. 6. & 7.*

22. Si S. Ioannes aut SS. Innocentes sint Patroni alicuius Ecclesiæ, non autem Altaris, habent ipsi respectiue primas & secundas Vesperas, in die festo S. Stephani & S. Ioannis integras, quia tunc sunt festa primæ classis. Ad Laudes & Missam non fit alia commemoratio de die octauæ, nisi de octaua Natiuitatis Domini vt constat ex Rubricis generalibus.

23. Si titulus Ecclesiæ fuerint Innocentes officium fit in paramentis rubris non violaceis, & dicitur ad Matutinum *Te Deum laudamus*, *Gloria in excelsis* & *Alleluia* ad Missam.

*Cantantur  
fr. 6. c. 6.  
num 7.*

24. Quæ dicta sunt de prædictis quando sunt Titulares Ecclesiarum, valent etiam de sequentibus Festis S. Thomæ Cantuariensis, S. Syluestri & Dedicacionis Ecclesiæ, quibus tamen hodie negatur octaua. Et si S. Syluester sit patronus Ecclesiæ, in secundis Vesperis eiusdem dicentur Antiphonæ de laudibus Conf. Pontif. quia Antiph. *Tecum principium* non habent amplius locum, terminatæ iam in primis Vesperis eiusdem, & fiet tantum commemoratio de festo circumcissionis.

### TITVLVS III.

De festo Purificationis B. M. V. candelarum benedictione, & distributione nec non processione illo die instituenda.

*Cantantur  
comment. in*

1. Si festum Purificationis venerit in Dominicis Septuagesimæ, Sexagesimæ, vel Quinquagesimæ



enientem.  
ris, *Tantum*  
nunquam o-  
que festo oc-  
liaram octa-  
res sint Pa-  
Altaris, habe-  
las Vesperas,  
is integras,  
d Laudes &  
de die octa-  
i vt constat

ocentes of-  
violaceis, &  
aenis, Gloria

quando sunt  
de sequen-  
S. Syluestri  
men hodie  
t patronus  
m dicentur  
quia Ao-  
mplius lo-  
s eiusdem,  
o circum-

rum bene-  
cessione

Dominici  
vel Quin-  
uagesimæ

quagesimæ sit tantum eo die benedictio & di-  
tributio candelarum & Processio, festum vero  
cum eius Missa in sequentem diem transferetur,  
ex Decreto Clementis VI. In Ecclesijs tamen Be-  
atissimæ Mariæ Virgini dicaris dicetur in eadem  
Dominica semper Missa solennis de Purificatio-  
ne, cum commemoratione de Dominica, in cu-  
ius fine dicetur Euangelium de eadem Domini-  
ca. Priuatæ tamen Missæ erunt de Dominica,  
nisi B. M. V. sit Patrona Ecclesiæ sub hoc titulo,  
& tunc omnes Missæ erunt de festo cum com-  
memoratione Dominicæ, sicut & tunc dicitur  
officium de ea ibidem.

*Rubr. Missæ*  
*part 4. tit.*  
*14. num. 3.*

*Carem. Epif.*  
*lib. 2. c. 16.*

2. Ut omnia fiant decore, si festum huiusmo-  
di in Dominicam priuilegiatam non venerit ho-  
ra competenti ante Tertiam apratur pallium vio-  
laceum ante Altare, amouendum faciliè dum fiet  
Processio, vt postea pro Missa appareat album.

3. Sacrista præparat in plano ad cornu Episto-  
læ versus posteriorem angulum ipsius Altaris,  
Credentiam, seu aliquam mentam quæ sit prope  
gradum infimum lateralem Epistolæ, pulchro  
linteo rectam vndequaque, super quam ponit  
candelas in tanta quantitate, quæ sufficiat pro  
numero & qualitate personarum Cleri, & illa  
Celebrantis sit pulchrior cæteris, omnesque istæ  
Candelæ teguntur alio linteo mundo, remouen-  
do faciliè ante earum benedictionem. Ibidem pa-  
ratur etiam vas aquæ benedictæ, cum aspersorio,  
& thuribulum cum nauicula & thure, in ipso  
cornu Altaris collocatur Missale apertum. Item  
præparantur in Sacristia paramenta violacea &  
alba.

4. Circa finem Tertix accenduntur cerei Al-  
taris & Celebrans in Sacristia parat se Amictu,  
Alba, cingulo, stola, & pluuiali violacci coloris,  
adiuantibus sacris ministris, qui deinde Amicti-





bus, Albis, & cingulis induri parant se, Diaconus scilicet stola & planeta plicata ante pectus, Subdiaconus verò Planeta etiam plicata coloris violacei, ambo, sicut Celebrans, sine manipulis.

5. In minoribus Ecclesijs Celebrans indurus amictu, Alba, cingulo, & stola sine pluuiali & manipulo, Diaconus sola Alba & stola Diacónali, & Subdiaconus sola Alba faciunt officium.

6. Celebrans & ministri sic parati Tertia finita procedunt ad Altare præcedentibus Thuriferario sine thuribulo manibus iunctis & Ceroferarijs cum candelis accensis, denique sequuntur ministri sacri hinc inde à lateribus Celebrantis manu proximiori (altera infra pectus admota) fimbrias anteriores Pluuialis eius tenentes. Celebrans verò tenet manus iunctas. Si tamen Celebrans non habet Pluuiale Ministri sacri procedunt vnus post alium manibus iunctis, & capite recto.

7. Cum ad Altare peruenerint, facta eidem debita reuerentia ascendunt ad idem, quod Celebrans osculatur, & interim ministri sacri genuflectunt, Ceroferarij deponunt candelabra super Credentiam, Celebrans verò osculato Altari accedit ad cornu Epistolæ, vbi aliquantulum conuersus ad candelas medius inter Diaconum & Subdiaconum stans, incipit in tono feriali *Dominus vobiscum*, non se vertens ad populum, neque extensas sed iunctas, manus habens. Dum dicit *Oremus*, vel profert nomen Iesu, vertit se ad Crucem semper iunctis manibus & inclinans se. Et dum Celebrans ipse format signum Crucis super Candelas, dexteram ponit super Altare, & interim Diaconus fimbrias Pluuialis subleuat à parte sua.



8. Cum sit benedictio, Clerici in Choro stant capite detecto versus Altare inclinantes se ad nomen IESV, & respondentes Celebranti cum opusest.

9. Finitis orationibus Celebrans in eodem cornu Epistolæ imponit & benedicit de more thus in thuribulo quo in Missa, Diacono ministrante naviculam & Thuriferario thuribulum, Subdiacono verò dextera attollente fimbriam dextram Pluvialis, deinde accipiens ab eodem Diacono aspersorium cum debitis osculis, ter candelas, in medio scilicet, à dextris, & à sinistris earum, aspergit dicens tantum Antiphonam *Asperges me Domine, &c.* sine cantu, & sine psalmo, & mox sumpto thuribulo ab eodem Diacono, ex more similiter incensat ter easdem candelas eo modo quo eas aspergit, eodem Diacono attollente Pluviale in aspersione & thurificatione.

10. Quibus factis Celebrans accedit ad medium Altaris stans in eodem supremo gradu, & conuertit se ad populum, mox dignior de Choro cum suo habitu Choralis accedit cum reuerentijs ad Altare, ibique accepta à Diacono stante à sinistris Celebrantis Candela benedicta pulchriori, sine osculis, eidem Celebranti stanti in suppedaneo altaris candelam eandem tradit cum osculo ipsius tantum, ab utroque, & non manus. Mox Celebrans eam tradit alicui Acolytho tenendam, vel alteri, donec facta sit tota distributio.

11. Deinde Diacono acceptam aliam candelam ab Acolytho stanti à dextris eius tradit eandem Celebranti, etiam cum osculo tantum illius, quam Celebrans tradit ipsi digniori genuflexo super suppedaneum à quo prius accepit suam, deinde dat Diacono & Subdiacono



paratis & alijs Clericis singulatim per ordinem, ultimò Laicis, omnibus genuflectentibus, eandem & manum Celebrantis osculantibus, exceptis Prælati, si adsint, Diacono a ministro sine osculis candelas accipiente, easque sigillatim Celebranti tradente cum osculis earum tantum, Subdiacono semper attollente fimbriam pluuialis eius.

12. Cùm inchoatur distributio candelarum, statim Cantores in habitu Choralis, vel cum Pluuialibus violaceis incipiunt Antiphonam *Lumen ad reuelationem*, quam Chorus prosequitur, eamque post singulos versus Cantici *Nunc dimittis* integrè repetit, quos versus Cantores ipsi decantant soli, & possunt repeti cum Antiphona prædicta, vsque ad finem distributionis, secundum concursum populi. Versus tamen *Gloria Patri* debet dici tantum semel, scilicet in fine totius distributionis. Vnde post finem ultimi versus reperitur *Nunc dimittis* & sic vicissim donec completa sit distributio.

13. Non conuenit vt fiat distributio Candelarum faminis per Celebrantem ad Altare, si ergo magna sit frequentia populi deputeretur aliquis Sacerdos qui superpelliceo & stola violacea indutus candelas minores per Ecclesiam distribuatur populo vtriusque sexus, Acolythis ministro eas offerente cum osculis ipsarum tantum. Et si etiam multitudo tanta sit, vt non possit omnibus fieri distributio, sed populus proprias conferat candelas benedicendas, tunc Celebrans cum benedicet Candelas ad Altare intentionem suam diriget ad omnes quæ sunt in Ecclesia, cum aliter fieri non possit.

14. Completa distributione & non prius Cantores incipiunt *Exurge Domine* sicut Introitum Missæ, quod Chorus prosequitur; Et interim Celebrans

Greg. Epif.  
c. 2. c. 16.



Celebrans lauat manus in cornu Epistolæ, Acoly-  
 thico ministro fundente aquam, & Ministris sa- Carem Epif.  
 culis ministrantibus hinc inde manutergium, de- lib. 2. c. 16.  
 inde stans in cornu Epistolæ, dicto *Exurge* sub-  
 dit immediatè *Oremus* Diacono à dextris stante  
 & immediatè genuflectente cantando *Flectamus*  
*genua* omnibus genuflectentibus, & Subdiaco-  
 no à sinistris etiam primo omnium surgente can-  
 tando *Leuate*. Tum Celebrans dicit Orationem,  
 stantibus ministris vt supra; In Dominicis tamen  
 ante Septuagesimam, non dicitur *Flectamus* ge-  
 nua, nec *Leuate*, sed statim Celebrans post *Ore-*  
*mus* dicit Orationem *Exaudi* & nunquam Ce-  
 lebrans genuflectit.

15. Finitâ oratione supradictâ, Celebrans  
 accedit ad medium Altaris, vbi imponit & be-  
 nedicit rhus in thuribulum de more, omnibus-  
 que cereis accensis per Cæremoniarium aut a-  
 lium ordinatur Processio hoc modo: Diaconus  
 stans versus populum à tergo Celebrantis altâ  
 voce cantat *Procedamus in pace*, quo dicto, Che-  
 rus respondet, *In nomine Christi, Amen*. Tuuc Ce-  
 lebrans vertit se ad populum, & descendit in pla-  
 num factâ reuerentiâ altari, Mox præcedit Thu-  
 riferarius cum thuribulo fumigante, dein de Sub-  
 diaconus paratus deferens Crucem processiona-  
 lem medius inter duos Acolythos cum Cande-  
 labris accensis imagine crucifixi versa ad ipsum  
 Thuriferarium, sequitur Clerus per ordinem,  
 iuniores primo bini, deinde Seniores. Denique  
 vltimus omnium procedit Celebrans recto ca-  
 pite habens Diaconum à sinistris non attollen-  
 tem simbriam pluuialis ipsius Celebrantis. Qua-  
 tuor primi sunt nudo capite etiam extra Eccle-  
 siam, sicut & Clerus intra Ecclesiam, sed extra  
 tecto procedit capite, omnesq; Candelas tenent  
 excelsas in manibus, exceptis quatuor prioribus,



& qui à dextris sunt dextera, à sinistris verò sinistra, Candelas deferunt, altera manu Rituale seu Processionale habentes.

16. Antiphonæ cùm inchoatæ fuerint à Cantoribus debent à Choro continuari & compleri vti moris est. Et si processio longior sit, repetantur eadem Antiphonæ. Interim dum processio fit remouetur pallium violaceum ab Altari, si nimirum Celebranda sit Missa de festo, alias enim illud relinquitur.

17. In reditu Processionis Cantores intrantes in Ecclesiam statim & absolutè incipiunt Responsorium *Obtulerunt* vt in Rituali, quo dicto omnes Candelas extinguunt, quas conseruant accendendas vt infra. Celebrans vero & ministri depositis paramentis violaceis in Sacristia accipiunt alba pro Missa de festo celebranda.

18. Si Missa dicatur de Dominica priuilegiata, Celebrans deponit tantum pluuiale, & accipit manipulum & planetam, ministri etiam deponunt planetas plicatas, si ijs vtuntur, & capiunt manipulos, Dalmaticam, & Tunicellam violacei coloris. Quo factò, imposito & benedicto incenso, procedunt omnes sine candelis, exceptis Ceroferarijs ad Altare pro Missa celebranda.

19. In Missa dum cantatur Euangelium candelæ tenentur accensæ, quo dicto, extinguuntur, sed iterum accenduntur paulò ante eleuationem SS. Sacramenti, & sic accensæ tenentur vsque ad completam Communionem Celebrantis & aliorum, non tamen à ministris altaris, sed ab omnibus alijs. Celebrans autem data benedictione Diacono, ante Euangelium, stans in cornu Epistolæ accipit à Sacrista aut alio Candelam suam accensam, eamque tenet ad Euangelium quod Diaconus cantat, quo dicto, can-



dem reddit Sacristæ aut alteri, antequam librum osculetur.

20. Si Missa dicatur de Dominica, fiet tantum benedictio & distributio Candelarum & processio, vt supra, & in Missa non tenentur candelæ accensæ.

21. Si transferretur festum Purificationis Beatæ Mariæ Virginis continuatur adhuc Antiphona *Alma redemptoris*, & dicitur vsque ad Completorium illius diei in quem transfertur exclusiue, & si festum habeat octauam tota octaua dicitur eadem Antiphona *Alma* vsque ad vltimum Completorium diei octauæ.

22. Si paucis diebus ante feriam quartam Cinerum occurrat festum Purificationis B. M. V. aut etiam aliud habens octauam, & ea octaua non sit completa, tunc feria tertia ante prædictam feriam quartam, cessant prædictæ octauæ ad Nonam inclusiue, & Vesperæ huius diei erunt de feria, & non amplius de festo, ideo si dies octaua Purificationis incideret in hanc feriam tertiam, diceretur finita Nona Antiphona *Alma redemptoris* & non amplius, & tunc post ad Vesperas cantaretur Antiphona *Aue Regina calorum*, si seorsim dicerentur à Completorio, alias enim post Completorium ipsam.

## TITVLVS IV.

### De feria quarta Cinerum.

Stc vocatur hæc feria quarta ab impositione Cinerum super capita fidelium, estque principium penitentia, non tamen Quadragesimæ.

24 HORA

Gavantus  
part. 4. tit. 14. n. 10.



2. Hora competenti per Sacristam, paratur Altare simpliciter colore violaceo cum quatuor candelabris sine floribus aut alijs quæ solemnitatem sapiunt. Item paratur credentia vt moris est super quam præter consueta ponitur Thuribulum cum nauicula, & vas aquæ benedictæ cum aspersorio; Vas argenteum, vel ex alia materia cum cineribus mundis & aridis, non in modum luti factis de ramis oliuarum, seu aliarum arborum, præcedenti anno benedictis positum esse debet in cornu Epistolæ Altaris.

3. Finita Nona, dicto quæ *Benedicamus Domino*, sine versu *Fidelium anima* accensisque cereis super Altare, Celebrans indutus Amictu, Alba, Cingulo, Stola & Pluiali violacei coloris, vel in defectu pluialis stola, sine casula, & Diaconus cum Subdiacono indutus planetis plicatis, vel in minoribus Ecclesijs Diaconus indutus alba & Stola sine manipulo, atque Subdiaconus indutus amictu alba, & Cingulo tantum procedunt ad Altare.

4. Celebrans facta reuerentia debita Altari cum ministris ascendit ad Altare, illud osculatur, ministri genuflexis, accedit ad cornu Epistolæ, vbi stans inter ministros sacros legit submissa voce Antiphonam *Exaudi*, quam Chorus cantat vt Introitum Missæ, deinde eodem modo stans, & non se vertens ad populum cantat in tono feriali, *Dominus vobiscum*, & orationem conuersus tantisper ad cineres, & dum dextera format signum Crucis super cineres sinistram ponit super altare, & Diaconus stans a dextris eius eleuat anteriorem partem, pluialis omnibus de Choro stantibus & ad Altare conuersis.

5. Dum Celebrans benedicit cineres Thuriferarius parat Thuribulum, & alias Acolythus vas aquæ benedictæ, & firmant se prope Diaconum.



num. Tum, finita oratione Celebrans imponit & benedicit thus, ter aspergit, in medio, à dextris, & à sinistris aqua benedicta cineres dicendo Antiphonam *Asperges* nimirum totum versum & nihil præterea sine cantu & sine psalmo, deinde reddito aspersorio Diacono, ab eodem accipit thuribulum & eodem modo tertio thurificat cineres quo aspersit.

6. Facta incensatione Celebrans accedit ad medium Altaris, ibique vertit se ad populum medius inter Diaconum à dextris tenentem vas cinerum, & Subdiaconum à sinistris.

7. Tum dignior de Clero in suo habitu choralis accedit ad Altare & facta Altari & Celebranti in plano debita reuerentia, ascendit ad secundum gradum, ubi stans imponit cineres super caput inclinatum ipsius Celebrantis stantis manibus iunctis versus populum & non genuflexi, atque imponendo cineres dicit, formans signum Crucis *Memento homo quia pulvis es, & in puluerem reuertetur.*

8. Si verò non sit alius Sacerdos, ipsemet Celebrans versus Altare genuflexus, sibi ipsi imponit cineres nihil dicens, quasi cineres à Deo accipiens, cui omne genu flectitur.

9. Celebrans acceptis cineribus stans nudo capite dum cantantur Antiphonæ & Responsorium Diacono tenente vas cum cineribus à dextris primò imponit ipsi digniori Sacerdoti, à quo ipse accepit genuflexo super suppedaneum Altaris; deinde ministris paratis genibus flexis coram Altari & manibus iunctis, at Diaconus accepturus cineres, vas ponit in manibus Cæremoniarum aut alterius, illudque recipit acceptis cineribus.

10. Postea accedunt alij bini, ut supra manibus iunctis, & pari disciplina, & etiam capite inclinato.

Tit. IV.

tam, paratur  
cum quatuor  
uæ solennita-  
a ut moris est  
tur Thuri-  
nedictæ cum  
e alia materia  
on in modum  
altarum arbo-  
positum esse

camus Domi-  
sisque cereis  
nctu, Alba,  
coloris, vel  
, & Diacon-  
etis phicatis,  
s indutus al-  
diaconus in-  
n procedunt

ebita Altari  
llud oscula-  
lit ad cornu  
factos legit  
quam Cho-  
nde eodem  
alum cantat  
orationem  
m dextera  
nistram po-  
lextris eius  
mnibus de-  
s.

es Thuri-  
Acolythus  
pe Diaconum.



clinato. Si tamen sint Canonici, non genu-  
strunt, neque etiam Ecclesie superior, seu Rector,  
si ipse non distribuit cineres, aliqua fortè ratio-  
nabili de causa.

11. Datis cineribus Clero ad Altare, descendit  
ad cancellos, vbi eodem modo distribuit cineres  
populo vtriusque sexus, singulis verba supradicta  
repetens semper in masculino genere, licet fami-  
nis distribuat, & his non supra velum, sed supra  
capillos, si commodè fieri potest, ne benedictus  
cinis supra velum deperdatur. Interim Dia-  
conus à parte sua sinistra, Subdiaconus verò  
dextera, eleuant partes anteriores Pluvialis Ce-  
lebrantis.

12. Distributis cineribus Celebrans lauat ma-  
nus suas in angulo Altaris, deinde stans in cornu  
Epistolæ versus Altare manibus iunctis, cantat  
Orationem *Concede* cum Pluviali, stantibus hinc  
inde à lateribus eius ministris factis.

13. Deinde descendit in planum Altaris in me-  
dio, vbi deposito Pluviali, capit Manipulum &  
Planetam, eo modo quo post asperisionem aquæ  
benedictæ, & ipse incipit Missam solemnem.

14. Si dicatur Missa solemnis, & Ministri ve-  
rantur Planetis plicatis, seruentur ea quæ dicta  
sunt initio Auentus. Ad versum *Adiuua nos* cum  
cantatur à Choro omnes genuflectunt, exceptis  
duobus Cantoribus, qui cum fortè, secundum  
morem locorum, decantant in medio Chori  
stando.

15. Antequam autem inchoetur prædictus  
versus *Adiuua nos*, Celebrans & ministri descen-  
dunt ad secundum gradum altaris, & ibi genufle-  
ctunt dum cantatur à Choro. Quo versu dicto,  
Diaconus, deposita planeta plicata, & accepta  
Stola laiori incensum ministrat; dicit *Munda cor*  
*meum;*



Tit. 17.

non genu fto  
or, seu Rector,  
a fortè ratio  
are, descendit  
tribuit cinere  
rba supradicta  
re, licet fami  
am, sed supra  
ne benedictus  
luterim Dia  
liaconus verò  
Pluuialis Ce-

quum, & alia peragit vt in alijs Missis. Celebrans  
autem ita metiatur tempus, & Chorus, vt quan-  
tum fieri possit, Euangelium suum perfecit an-  
te initium huius versus, vt quantum fieri possit,  
Euangelium suum perfecit ante initium versus,  
ne nimia interponatur mora intra Missam, ideò,  
Chorus ea omnia lentius decantare debet, vt de-  
bito ordine & maturè fiant. Celebrans verò dum  
illum versum dicit priuatè, genuflectit tantum  
in principio, & statim surgit.

Gauantua  
comment. 170  
Rubr. Miss  
part. 1. tit. 177

TITVLVS V.

De Tempore Quadragesimæ vsque ad Dominicam  
Palmarum.

ans lauar ma  
ans in corpu  
cris, cantat  
tantibus hinc  
s.  
Altratis in me  
anipulum &  
ionem aqua  
lemnem.  
& Ministri v  
ea quæ dicta  
iua nos cum  
nt, exceptis  
secundum  
edio Chori

1. Sabbatho ante Dominicam primam Qua-  
dragesimæ, dicuntur Vesperæ ante come-  
tionem quod seruatut omnibus diebus quadra-  
gesimalibus etiam in festis, exceptis tantum die-  
bus Dominicis quibus dicuntur horâ consuetâ.

2. Dominica quarta Quadragesimæ, pulsantur  
Organa, & in Missa solenni ministri sacri v-  
tuntur Dalmatica & Tunicella violacei coloris:  
altare verò paratur festiuus quam in alijs Domi-  
nicis, possunt enim adhiberi flores & imagines  
aut Reliquiæ, non verò in alijs Dominicis.

3. Dominica Passionis, quæ est quinta Qua-  
dragesimæ omnes imagines quæ sunt  
per Ecclesiam, teguntur, velis violaceis ad  
primas Vesperas scilicet Sabbatho. & non autè,  
sicque restæ manent vsque ad finem Lita-  
niarum Sabbathi Sancti inclusiue. Similiter  
Crucis velaminibus violaceis omnino pu-  
dis absque ylla Crucis figura, neque in illis  
velis.

r prædictus  
stri descen-  
ibi genufle-  
versu dicto,  
& accepta  
Munda cor  
memor



velis insignia debent esse Passionis Christi, contra usum quorundam, qui in illis figuram Christi Crucifixi apponunt, & alias Cruces, & insignia Passionis, non bene.

## TITVLVS VI.

### *De Dominica Palmarum.*

1. **O**fficium huius Dominicæ, hoc est benedictio & distributio Ramorum, deinde Processio, similia ferè sunt in omnibus officio Purificationis B.M. in benedictione & processione candelarum, paucis exceptis, Ideo legenda sunt, quæ de ijs suprâ posita.

*Gavantus  
comment in  
Rubr par 4.  
tit. 7. n. 7.*

2. Sacrista præparat numerum ramorum oliuarum & palmarum siue aliarum arborum, tam pro Clero quàm laicis sufficientem, & ponantur super credentiam in cornu Epistolæ, prope altare versus cornu posterius linteo pulchro vndequaque tectam, ac alio linteo, seu mappa munda regi possunt vsque ad eorum benedictionem.

3. Parantur etiam super eandem Credentiam aut etiam aliam Thuribulum cum nauicula, Missalia pro passione cantanda, Crux processionalis, Rituales libri pro Processione. Item deputentur ministri necessarii.

4. Omnibus necessarijs præparatis, circa finem Tertie accenduntur per Acolythos cerei altaris.

5. Completa Tertia, Sacerdos sine manipulo paratus amictu, alba, cingulo & pluuiali, si fieri potest, vel sola stola violacea & ministri plures triplicatis cum manipulis quia Epistolam & Evangelium sunt cantaturi, procedit ad Altare medium inter ministros sacros, præcedente Acolytha cum vase aquæ benedictæ, & alijs duobus cum cereis accensis.

6. Cum



6. Cum peruenerint ad Altare, Celebrans & ministri depositis prius biretis, debitam faciunt reuerentiam, & statim ante asperisionem aquæ benedictæ, Ceroferarij deponunt Candelabra super Credentiam, & fit asperisio de more vt supra tit. VI. pag. 452. annotatum est.

7. Facta asperisio aquæ benedictæ, & dicta oratione solita *Exaudi* Celebrans ascendit ad Altare, illudque osculatur Ministris facis genuflectentibus Cruci Altaris, & interim per sacramentam aut alium rami discooperiuntur. Deinde Celebrans accedit ad cornu Epistolæ, ibique medius inter ministros sacros manibus iunctis non vertens se ad populum, cantat *Dominus uobiscum*, & orationem in tono orationis Missæ ferialis.

8. Interim Subdiaconus deposita planeta, si ea utatur, & sumpto libro, factaque Altari debita reuerentia, vadit ad locum ubi cantari solet Epistola, & eodem ritu quo in Missa solemniter cantat Epistolam, quam interim Celebrans legit submissa voce, assistente sibi Diacono, vt in Missa solemniter, qui in fine responderit *Deo gratias*.

9. Epistola cantata, Subdiaconus, facta genuflectione Altari, de more accipit benedictionem à Celebrante, resumit planetam plicatam, si ea utitur, non tamen defert Missale Celebrantis ad cornu Euangelij, quia Celebrans illud legit, præmissis Graduali, & *Munda cor meum* ibidem, & non in medio Altaris.

10. Interim dum à Choro cantatur Responsorium *Collegerunt*, Diaconus, deposita prius planeta, si ea utitur defert de more librum Euangeliorum ante pectus super medium Altaris, & Thuriferarius tempestiuè accedit ad cornu Epistolæ cum thuribulo & nauicula, ibique Celebrans, Diacono ministrante & stante à dextris eius,

Gassantus  
loco citato.

G. in missæ  
loco citato.

Gassantus  
loco citato,  
num. 9.

Gassantus  
loco citato,  
num. 1. 10.



eius, ponit thus in thuribulum cum benedictione, ut ad Euangelium. Deinde Diaconus dicit *Munda cor meum, &c.* in medio Altaris, accipit librum de Altari, petit benedictionem à Celebrante stante in cornu Epistolæ versus eum, quam de more cum solito osculo dat. Deinde Diaconus procedit ad locum Euangelij cum ministris & reuerentijs solitis, Euangelium que cantat more solito, Subdiacono librum tenente, medio inter duos Acolythos tenentes candelabra accensa, quo finito Subdiaconus defert librum osculandum Sacerdoti, qui & incensatur à Diacono, quo facto Diaconus deposita Scola latiore, resumat Planetam ut prius, alioquin remanet cum stola & manipulo, ut antea.

*Galantus  
ibidem n. 11a*

*Galantus  
ibidem sub  
num. 12a*

*Galantus  
loco citat.  
num. 12.*

*Galantus  
loco citat.  
num. 11.*

11. His omnibus peractis Celebrans manibus iunctis, benedicit prædictos ramos aliquantulum ad eos conuersus. Ministris sacris stantibus, hinc iade manibus iunctis, dicens in tono festi *Dominus vobiscum & alia, vsque ad finem, etiam Praefationem, prout notatur in Missali.*

12. Dum dicit *Sanctus* Ministri prout erant, se inclinant cum Celebrante, manibus iunctis, illudque cum eo dicunt, & ad *Benedictus qui venit* erecti se signant.

13. In orationibus autem nihil est immutandum, neque detrahendum, licet benedicantur rami aliarum arborum, & non palmarum, aut oliuarum, quia habentur loco palmarum.

14. Cum Celebrans ramos dextra benedicit, sinistra super Altare posita, Diaconus eleuat Pluuiiale Celebrantis, Interim qui sunt de Choro stant versus Altare nudo capite inclinantes se ad nomen IESV.

15. Circa finem quintæ Orationis, Acolythorum alter accipit de Credentia vas Aquæ benedictæ



Facta cum aspersorio, & una cum Thuriferario accedit ad Celebrantem prope Diaconum.

16. Absoluta benedictione Celebrans ponit incensum in thuribulum ministrante Diacono Nautulam & Thuriferario thuribulum, deinde Gauantur loco citato. num. 13. accepto aspersorio de manu Diaconi cum soliis osculis & reuerentijs ter aspergit ramos, id est in medio, à dextris ramorum, & à sinistris eorum dicendo submissa voce versum illum Psalmi *Asperges me Domine Hyssopo, & mundabor lauabis me, & super niuem dealbabor. & ter adolet incenso, eo scilicet modo quo aspergit nihil dicens. Diaconus autem in asperzione & incensatione eleuat simbriam pluuialis.*

17. Completa benedictione, Celebrans accedit ad medium Altaris & renes ei vertens, conuertit se ad populum, ibique stat in medio Diaconi à sinistris & Subdiaconi à dextris nudo capite.

18. Interim dignior ex Clero in habitu suo Choralicomite Cæremoniario, accedit ad Altare, Gauantur loco citato. num. 14. ubi accipit de manu Diaconi ramum, quem Celebranti stanti offert cum osculo rami ab utroque facto, non verò manus, ipsamque ramum Celebrans statim tradit alicui ministro custodiendum. Deinde Celebrans à Diacono ramos acceptos distribuit primùm digniori, à quo ipse accepit, mox Diacono & Subdiacono paratis, & alijs Clericis singulatim per ordinem, vltimò laicis: omnibus genuflectentibus, & ramum ac manum Celebrantis osculantibus exceptis Prælati & Canonicis qui rami tantum & non manum osculantur, neque genuflectant.

19. Facta



*Gavantus*  
*loco citat. n.*  
*24 list. h.*

19. Facta distributione Choro & Magistratibus ad Altare Celebrans descendit ad cancellos ubi eosdem ramos allatos a ministris, distribuit populo utriusque sexus, & si sit magnus concursus populi, ut saepe accidit, potest fieri alia distributio per aliquem Presbyterum superpelliceo & stola coloris violacei indutum cum Acolytho qui ei ramos ministros distribuendos.

20. Cum inchoatur distributio statim, & non prius, Clerici cantant in Choro Antiphonam *Patri Hebraeorum* & sequentem, repetanturque saepius secundum concursum populi.

21. Completa tota distributione ramorum, Celebrans lauat manus in cornu Epistolae. Tum in eodem cornu iunctis manibus, ut prius, medius etiam inter praedictos ministros versus Altare cantat *Dominus vobiscum* & orationem ut in Missali.

*Gavantus*  
*loco citat.*  
*num. 15.*

22. Finita oratione, Celebrans accedit ad medium Altaris, ubi iterum ministrantibus Diacono Naviculam cum cochleari & Thuriferario Thuribulum benedicit de more incensum.

23. Tum Diaconus deposito suo manipulo, porrigit Celebranti ramum eius cum debitis osculis & suum pariter capit, atque vertens se ad populum dicit: *Procedamus in pace.* Et Chorus respondet: *In nomine Christi, Amen.* Subdiaconus interim deposito suo manipulo accipit Crucem processionalem.

*Gavantus*  
*loco citat.*

24. Deinde per Cæremoniarium ordinatur Processio hoc ordine. Praecedit Thuriferarius cum thuribulo fumigante: sequitur Subdiaconus paratus deferens Crucem, medius inter duos Acolyths cum candelabris & cereis accensis, deinde Clerus per ordinem, Clericis qui sunt a dextris tenentibus ramos dextra, & qui sunt a sinistris, sinistra, altera manu Ritualia cantantibus Antipho-



& Magistrati  
ad cancellos  
stis, distribu  
agnus concurre  
fieri alia distri  
superpelliceo  
cum Acoly  
uendos.  
statim, & non  
Antiphonam *Psal-*  
tanturque *la-*  
ne ramorum,  
pistolæ. Tum  
ut prius, me  
os versus *Al-*  
tionem ut in  
ns accedit ad  
antibus *Dia-*  
& Thurifera  
e incensum.  
o manipulo,  
n debitis of  
verrens se ad  
Et Chorus  
7. Subdiaco  
accipit Cru  
a ordinatur  
huriferarius  
Subdiaco  
s inter duos  
is accensis,  
qui sunt a  
i sunt a si  
cantantibus  
Antipho-

Antiphonam *Cum appropinquasset & alias, quan-*  
do opuserit, possuntque repeti si longior sit, &  
breuiari, si breuior, ultimo Celebrans cum *Dia-*  
cono à sinistris, omnes cum ramis in manibus.

15. In reuersione Processionis, duo vel qua-  
tuor Cantores intrant in Ecclesiam, cuius fores  
claudunt, ibique expectant Processionem. Et  
cum aduenerit ad prædictas fores Subdiaconus  
deferens Crucem, versus ad eas medius inter Ce-  
roferarios, assistente Cæremoniaro, sistit se;  
Chorus verò stat in duas partes diuersus me-  
dium habens Celebrantem, stante Diacono à si-  
nistris eius, directe conuersum ad Crucem, ha-  
bentem imaginem Crucifixi tunc ad ipsum Ce-  
lebrantem conuersam.

16. Tum Cantores qui sunt in Ecclesia stan-  
tes versa facie ad Processionem incipiunt versum  
*Gloria, Laus,* & decantant duos primos versus.  
Sacerdos verò recto, & alij extra Ecclesiam nu-  
do capite repetunt eisdem versus etiam inte-  
grè. Deinde qui sunt intus, cantant alios versus  
sequentes, vel omnes, vel partem, prout videbi-  
tur, & qui sunt extra, ad quoslibet duos versus  
respondent, *Gloria, Laus,* sicut à principio.

*Gauantus*  
*loco citat. n.*  
*17. lict. q.*

17. Postea cantatis omnibus versibus ex *Mis-*  
sali recognito Subdiaconus Crucem deferens  
in una parte hastili Crucis percutit portam, nihil  
dicens: qua statim aperta, Processio intrat Ec-  
clesiam cantando *Responsorium Ingresse*  
*Domino.*

*Gauantus*  
*loco citat.*  
*num. 26.*

18. Cum peruenerint ad Altare, Subdiaco-  
nus Crucem in loco congruo deponit prope  
Credentiam, qua statim per aliquem Acolythum  
in sacristiam defertur. Ceroferarij deponunt  
Candelabra sua super Credentiam, Celebrans  
ante Altare deponit ramum suum & pluuiale, &  
accipit Manipulum (sicut & ministri sacri suos  
accipiunt,





accipiunt, quos ante Processionem deposuerant) & Planetam induit, atque incipit Missam Solemnem.

*Gauantus  
part. 4. tit. 7.  
num. 18.*

*Carem Epif.  
ib. 2. c. 28.*

29. In Missa Rami tenentur in manibus dum cantatur Passio & Euangelium tantum; Cum Subdiaconus pronuntiat in Epistola ea verba *ut in nomine Iesu, &c.* ipse & omnes alij etiam Celebrans genuflectunt vsque ad verbum *inferorum* inclusiue. Celebrans vero genuflectit cum Diacono à sinistris eius super suppedaneum altaris, ante medium ipsius.

*Carem Epif.  
loco citat.*

30. Tres qui cantaturi sunt Passionem, dum cantantur Epistola & Tractus, parantur in Sacristia amictu. alba, cingulo, manipulo, & Stola ab humero sinistro pendente, coloris violacei; & circa finem Tractus, procedunt è Sacristia hoc ordine; Antecedit Cæremoniarius, tum ille qui Euangelistæ personam gerit, portans sibi librum, tum ille qui turbarum, ultimo qui Christi; factis autem debitis reuerentijs Altari, accedunt versus cornu Euangelij ad cantandum medium locum relinquentes agenti personam Christi, & dextram Euangelistæ.

*Cassarius  
p. 1. c. 4. tit. 7.  
num. 25.*

31. Si tot Cantores defunt ad Passionem cantandam, eo casu solus Diaconus Missæ eam decantat in pulpito nudo: Et tunc circa finem Tractus, Acolythus aliquis collocat legile nudum vbi solet Euangelium decantari. Diaconus deponit planetam & capit Stolam latiorem, vel remanet in Alba, & capit librum, & precedente vnico ministro, illum defert ad prædictum legile, facta prius genuflexione Altari, ibique ex libro aperto cantat Passionem vsque ad eam partem, quæ pro Euangelio habetur, & eâ finitâ, redit ad Altare, ac reliqua facit pro parte postrema vt infra dicitur *latius.*



32. Cùm inchoatur Passio à Cantoribus, Celebrans surgit si sedeat, & accedit ad cornu Epistolæ ubi palmam tenens sinistra eam leget paululum ad Cantores conuersus, ministris stantibus capud eum vt in Introitu Missæ, etiam ramos sinistra tenentibus. sicut etiam omnes alij qui sunt in Ecclesia manibus eos tenent. Et cùm Celebrans ad mortem Christi peruenerit non genuflectit, nisi simul cum prædictis Cantoribus. At postquam eam integrè legerit, conuertit se omnino ad Cantores, & Ministri sacri similiter, vnus post alium, Diacono stante à sinistris Celebrantis, & Subdiacono à sinistris huius, & dum profertur nomen IESV inclinant se versus Crucem Altaris.

Caremi Epof.  
lib. 2. c. 41.

Gauantesco  
part. 4 tit. 9.  
n. solitt. h.

33. Ad hæc verba *Iesus autem uose magnâ exclamans, emisit Spiritum,* & similia in alijs Passionibus genuflexio facienda est utroque genu, etiam à Cantoribus versus librum, nec prius surgendum, quin post aliquam pausam (quæ potest durare spatio vnus *Pater noster*) Celebrans autem & eius ministri, paulò ante prædicta verba *Iesus autem, &c.* accedit ad medium Altaris, & descendit ad secundum gradum, ibique super suppedaneum genuflectit cum ministris hinc inde, donec Diaconus surrexerit.

Gauantesco  
part. 4. tit. 9.  
num. 7. lib. 10.

34. Post genuflexionem quæ fit in morte Christi, Subdiaconus mutat librum Celebrantis à cornu Epistolæ ad cornu Euangelij, genuflectens in medio. Tum Celebrans dicto in medio altaris *Munda cor meum de more,* & *Aube Domine* accedit ad idem cornu, ubi non signans librum, nec seipsum, legit eam partem Passiois, quæ habetur loco Euangelij, assistente sibi Subdiacono vt alias, quâ finita Subdiaconus respondet *Laus tibi Christe* vt in alijs Missis.



35. Lecto à Celebrante Euangelio, si adhuc aliquid super sit temporis ipse Celebrans redit ad cornu Epistolæ, vbi se conuertit ad Cantores, donec Passionem finierint. Quâ finitâ, tres prædicti Cantores acceptis codicibus suis prout venerant redeunt in Sacristiam. Interim Diaconus Missæ ministrat nauiculam Celebranti, qui imponit & benedicit thus in thuribulo, dicit *Munda cor meum*, & petit benedictionem de more genuflexus & more solito cum alijs procedit ad locum consuetum Euangelij, vbi illud decantat, sed prius incensat librum, quem non signat nec se, neque dicit *Dominus vobiscum*, sed absolute incipit *Altera autem die* Subdiacono tenente librum.

*Gauantus*  
part. 4. tit. 7. n. 20.

36. Celebrans, datâ benedictione Diacono, retrahit se ad cornu Epistolæ, ibique stat versus ad Diaconum cantantem, & in fine librum osculatur in principio illius postremæ partis, quæ pro Euangelio habetur & similiter incensat eum de more.

*Gauantus*  
part. 4. tit. 7. n. 20.

37. Non probatur ista distributio partium Passionis inter Celebrantem, Diaconum, & Subdiaconum, ita vt Celebrans viçes Christi, Diaconus Euangelistæ, Subdiaconus Turbarum gerant. Non enim decet Celebrantem tunc cantare.

*Gauantus*  
part. 4. tit. 9. n. 5. lit. g.

38. Notæ illæ quæ in Missali Passionis apponuntur videlicet *†. C. S.* significant Christum, Chronistam & Synagogam, vel Christum, Cantorem, & Succentorem; quia hodie Diaconi isti vocantur Cantores Passionis.

*Gauantus*  
part. 4. tit. 7. num. 20.

39. In Missis priuaris, d'cto Tractu à Sacerdote, Minister defert Missale ad cornu Euangelij cum debitis genuflexionibus, & Celebrans ad illud etiam accedit, factâ prius in medio inclinatione, ibique non se signans, Passionem dicit absolute, grauiter & deuotè; Ad verba *Emisit Spi-*

*Gauantus*  
loco citat.  
num. 20.

7. 11. 12. 13.



ritum genuflectit ipse versus librum, p[er]ans ali-  
quantulum, aliaque peragit vt in alijs Missis, sed  
in fine dicitur Euangelium *Cum appropinquasset.*

40. Si Processio extra Ecclesiam exire ne- *Ganantur*  
queat, fiat intra & circum eam, & quod ante *loco citat. n.*  
portam agendum erat, fiat in reditu ad vestibulo *24.*  
lum Capellæ maioris, vel Chori, aut alterius  
commodioris loci.

41. Ad Capitulum Nonæ non genuflectitur *Ganantur*  
à Clero. Nec feria quarta sequenti genuflectunt *loco citat.*  
ad Introitum Missæ, quæ incipit *In nomine Iesu.* *num. 26.*

TITVLVS VII.

De Matutinis Tenebrarum celebrandis ferijs  
quarta, quinta, & sexta maioris  
Hebdomada.

1. Post Dominicam Palmarum nullæ occur-  
runt solennitates quæ indigeant speciali  
declaratione ante officium Tenebrarum, nam  
licet tertia & quarta feria celebrari solet Missa so-  
lemnis, & infra eam decantari Passio, celebrabi-  
tur secundum ritum & Cæremonias, quæ solent  
obseruari in diebus ferialibus.

2. Passio etiam cantabitur prout Dominica  
precedenti, tam quoad libitum, & numerum mi-  
nistrorum, quam quoad alias Cæremonias.

3. Ipsa verò feria quarta paratur in plano Pres- *Cærem. Epif.*  
byterij ad cornu Epistolæ, vbi scilicet Subdiacono *lib. 20*  
solet assistere dum Celebrans dicat Introi-  
tum Missæ candelabrum triangulate ligneum, in *Ganantur*  
quo quindecim Candelæ ceræ communis, pro *communis in*  
Matutinis Tenebrarum tantum, affigantur hinc *Rubr Bre*  
inde gradatim insurgentibus septenis clavis ser- *uatijs scilicet. C.*  
uis. *c. 13. n. 6.*



reis in supremo loco habentes quintumdecimum, æqualiter inter se distantes, suntque cere prædicti duarum aut trium unciam, & quotidie hoc triduo, si fieri possit, renouentur.

4. Altare paramentis violaceis ornatur & super illud sex candelabra. Item arundo pro cereis extinguendis.

5. Horâ igitur competenti antequam Matutinæ inchoentur, accenduntur sex cerei altaris & quindecim suprædicti incipiendo ab altiori, & continuando prius à parte Euangelij, deinde à parte Epistolæ.

6. Dato ultimo signo Matutarum omnes versus Altare dicunt *Pater, Ave & Credo*, tum præter missis omnibus Celebranti hebdomadam præintonatur principium primæ Antiphonæ, quod iuxta tonum ei traditum reperit & Chorus eandem prosequitur & Cantores Psalmum intonant, & eodem ordine proceditur in dandis reliquis Antiphonis, Clericis, vnam eam ab vno latere, alteram ab altero, seruato ordine dignitatis Cantoribus verò incipientibus psalmos.

7. Quia hoc triduo non dicitur versus *Gloria Patri*, in fine psalmorum & Canticorum, ideo defectitur vox aliquantulum in fine eorum, vt finis psalmi cognoscatur. Item defectitur vox in fine lectionum secundi & tertij Nocturni, quia non dicitur *Tu autem*. Item in fine orationis *Respice quasumus ad verbum tormentum*.

8. Finito quolibet psalmo, aliquis Acolythus accedit cum debitis genuflexionibus ad altare cum virga aut arundine extinguit vnam ex candelis in candelabro triangulari positis, incipiens ab ea quæ est remotior in parte Euangelij, & post finem secundi psalmi extinguit candelam, quæ est in latere Epistolæ: & sic successiuè alternatim ab utroque latere, singulos cereos extinguit in fine omnium



s quintumdecies, suntque cerearum, & quoti...

antequam Matutini cerei altaris...

inatum omnes & Credo. tum...

Antiphonæ, repetit & Choro- res Psalmum...

ur versus Gloriarum, ideo de- corum, ut finit...

ur in fine urni, quia non rationis Respic...

quis Acolythus libus ad altare vnam ex cap- sitis, incipiens...

omnium Psalmorum Matutinarum & Laudum usque ad supremum cereum qui est in cuspide exclusivè.

9. Dum Psalmi, Antiphonæ, Lectiones, & Responsoria cantantur, sedent omnes recto capite, exceptis ijs qui incipiunt Antiphonas, & Cantoribus dum incipiunt Responsoria proluxa, & versuum, & Lectiones decantant.

10. Dicta ultima Antiphona cuiusque Nocturni, dicitur versus à duobus Cantoribus, ad quem omnes stant nudo capite, & ad Pater noster. Tum deputati incipiendo à iunioribus accedunt ad legile nudum in medio chori præparatum, dicto quo Pater noster cantant lectiones.

11. Laudes cantantur eodem modo, quo matutinae sedentibus omnibus, cum extinctione vnius cerei, in fine cuiusque psalmi: & dum cantatur Canticum Benedictus omnes stant nudo capite, & interim lampades omnes, & alia omnia luminaria Ecclesie extinguuntur, præter illa quæ ardent coram SS. Sacramento. Item cerei altaris extinguuntur hoc modo. Dum inchoatur versus *ut sine timore, &c.* aliquis accedit ad cornu Evangelij & ad quemlibet versum, extinguit candelam vnam in altari, incipiendo ab ea, quæ est cruci remotior in eodem cornu Evangelij: ijsque tribus extinctis, accedit ad aliud cornu, facta in medio debita Altari reuerentia, eodem ordine extinguit tres alias in cornu Epistolæ, etiam incipiendo ab ea quæ est remotior à Cruce.

12. Cum repetitur Antiphona Cantici Benedictus, Cerearius aut alius Capellanus, remouet cereum ex Candelabro triangulari positum, cumque accensum eleuata manu sustinet super cornu Epistolæ altaris, & cum inchoatur *Christus factus est pro nobis*, illum sic accensum abscondit retro altare vel alio modo ut lumen nullo modo appareat.

Cerem. Epif. lib. 2. c. 22.





13. Repetita antiphona Cantici, omnes genu-  
 flectunt, ac simul omnes incipiunt ac cantant  
 versum *Christus factus est, &c.* Quo finito dici-  
 tur *Pater noster* à Choro sub silentio, eo que abso-  
 luto superior absolute incipit Psalmum *Misereri*  
*mei Deus* quem Chorus prosequitur in directum  
 vel modulata, sed flebili voce & demissiori quam  
 reliquum officium iuxta locorum consuetu-  
 dinem.

*Carem. Epis.*  
*lib. 2. c. 22.*

14. Finito Psalmo prædicto, Cebrans adhuc  
 genuflexus, & alij omnes cum eo, capite inclina-  
 to, dicit clara voce, & deuota Orationem *Respi-  
 ce quasumus* & in fine vocem aliquantulum de-  
 flectit dicens *Qui uiuis* quod secreto complet: &  
 omnes sub silentio exeunt, ut in Breuiario.

15. Oratione completa, fit fragor & strepitus  
 per breue spatium, manu vel alio instrumento,  
 donec Minister prædictum cereum accensum,  
 qui fuerat absconditus, populo ostendat & tunc  
 eo in summitate candelabri, ut prius, reposito  
 omnes cessare debent à strepitu.

16. Prædicta omnia respectiue obseruauerit  
 etiam duobus sequentibus diebus, cum aliqua  
 tamen differentia, nam altare his diebus sequen-  
 tibus, parimentum, & alia similia prorsus denu-  
 dantur, & aduertatur, ut Matutinæ hora tarda,  
 hoc est sole occidente completæ sint.

## TITVLVS VIII.

### *De Feria 5. in Cena Domini.*

1. **H**Ac die sollemnissima, Crux altaris, dum  
 dicitur hora Nona, tegitur velo albo, ut  
*Violaceo* supra, & Crux Processionalis eodem colore. Al-  
 tare maius paratur pretiosioribus ornamenti-  
 bus albis.



albis, ita tamen vt ad denudationem altarium facile remoueri possint. Alia tamen altaria remanent parata suis ornamentis violaceis, cum Crucibus rectis eiusdem coloris: at aciculae aut spirulae remoueantur de robaleis praedictorum altarium, vt facilius denudari possint post vesperas.

2. Item paratur aliqua Capella seu locus honestissimus omnino ab Altari ad quod mane celebratur, distinctus, decenterque, quoad fieri potest, ornatus velis pretiosis, nequaquam nigris, luminibus, floribus alijsque ornamentis, ita vt id quod ibi appareret, solennitatem & splendorem demonstraret, nec vllomodo luctum & tristitiam.

3. Praeparandus super Credentiam Calix amplius & pretiosus, cum palla & patena & velo albo ex pulchrioribus pro imponendo SS. Sacramento & conseruando in sequentem diem. Item velum album oblongum pro humeris Celebrantis in processione; sufficientes hostiae paruae pro communiione Clericorum & aliorum. Duo thuribula, Paramenta alba pro Celebrante & ministris. Baldachinum album in processione adhibendum, Cruz processionalis, stolae sufficientes pro sacerdotibus communicaturis, Candelae vel facies pro Clericis iuxta numerum eorum in processione deferendae. Instrumentum ligneum locotintinabuli vsurpandum.

4. Missa privatae hac die non debent dici ordinariè, in aliqua autem necessitate aut causa sufficienti dicantur in loco secreto & sine scandalo.

5. Missa cantatur solennissimè, in qua non dicitur *Iudica me Deus*, neque versus *Gloria Patri*.

6. Cum Celebrans dicit *Gloria in excelsis*, pulsantur Campanae, & deinceps silent vsque ad *Sabbatum Sanctum*, dum idem *Gloria in excelsis* in choro



choabitur, & eorum loco habetur instrumentum ligneum, seu tabula lignea pro horis canonicis non pullatur igitur ad elevationem SS. Sacramenti, neque ad Processionem. Graduale lentissime à Choro cantari debet, vs. Celebrans commodè suum Euangelium legere, incensum, & Diaconum benedicere possit. Dicitur *ter Agnus Dei* de more & in fine vltimi etiam *domanobis pacem*. Pax non datur, licet dicantur tres sequentes orationes solitæ.

7. Hodie Celebrans consecrat duas magnas Hostias, quarum vnã sumit de more cum toto sanguine, & alteram reseruat pro die sequenti, in quo non dicitur Missa. Itaque ad oblationem duarum magnarum Hostiarum super patenam positarum offeruntur. Hostia magna reseruanda pro die sequenti ponitur in parte dextra Corporalis, id est, à sinistra Celebrantis, è regione alterius Hostiæ magnæ, nec ostenditur, nec eleuatur, sed semper relinquitur in loco suo.

8. Paulò ante consecrationem Hostiæ, aliqui Acolythes, afferunt funalia accensa, ibique remanent: donec fiat Processio, & sic se locant vt non sint alijs dum fit Communio impedimento, & si sint accepturi Communionem substituunt sibi alios, qui ea sustineant, atque post Communionem eadem recipiunt.

9. Dicto *Agnus Dei*, Ministri statim mutant loca, Diacono accedente ad librum, & Subdiacono ad dextram Celebrantis. Sumpto precioso sanguine à Celebrate diligentius, statim Subdiaconus tegit palla Calicem, eumque collocat super Corporale versus cornu Euangelij.

10. Tum facta genuflexione vadit ad Credentiam, & inde Calicem vacuum pulchriorem cum palla, patena & velo sine purificatione affert ad Altare quem tradit Diacono  
stanti.



stanti dextræ Celebrantis, eumque discooperit & tenet ante Celebrantem apertum, qui facta genuflexione, in eo reuerenter ponit supradictam Hostiam dextra, tum iterum genuflectit & Diaconus prædictum Calicem collocat in medio Corporalis, illumque palla, patena & paruo velo cooperit, interea à Choro *Commissio* cantatur.

11. Cum Sacerdotes omnes, siue dignitates, siue Canonici non debeant celebrare, sed Communionem accipere de manu Celebrantis, iuxta morem vniuersalis Ecclesiæ in memoriam quod Christus Dominus hac die manu propria Apostolos communicauit. Idem cantato *Agnus Dei* accedunt ad Altare & alij de Choro incipiendo à dignioribus, ibique manent expectantes Communionem & Stolas capiunt Sacerdotes. Interim Diaconus descendit in planum Epistolæ, facta prius genuflexione, ibique profunde inclinatus dicit Confessionem clara, & alta voce in cantu *Tu ipse Celebrans* dat absolutionem de more, & genuflectens accipit Pyxidem & versus ad Communicandos dicit *Ecco Agnus Dei* & alia.

12. Tum communicat primò Diaconum & Subdiaconum paratos; deinde Sacerdotes cum Stolis & alios secundum ordinem suum.

13. Finita Communione, Celebrans, infuso tunc vino in suo Calice, sumit purificationem, & abluitionem non extra gradus altaris sed in loco solito, factis tamen debitis genuflexionibus, atque more solito absoluit Missam.

14. Finita Missa, Celebrans cum ministris accedit ad medium altaris, factaque ibidem reuerentia accedit ad cornu Epistolæ, ubi

V. 6.

aditus

instrumentum  
oris canonicis,  
nem SS. Sacra-  
graduale lentis-  
Celebrans com-  
incensum, &  
citur ter *Agnus*  
*dominobis* pa-  
tres sequentes  
  
duas magnas  
more cum toto  
ie sequenti, in  
lationem duz  
ex offeruntur.  
quenti ponit  
est, à sinistra  
ostie magnæ,  
per relinqui-  
  
ostie, aliqui  
ibique rema-  
ocant vt non  
imento, & si  
stituunt sibi  
Communio-  
  
atim murano  
& Subdiacon-  
oto pretioso  
atim Subdia-  
collocat su-  
lij.  
die ad Cre-  
o pulchrio-  
e purifica-  
& Diacon-  
stantia



adiutus à miniſtris, deponit Planetam & Manipulum, qui etiam ſuos deponunt, & ipſe induitur pluuiali ſuo.

15. Poſtea per planum incedēs manibus iunctis, & nudo capite, medius inter Miniſtros ſacros eleuantes hinc inde more ſuo, anteriores ſimbrias Pluuialis, accedit ad medium, vbi genuſcctit in plano vtroque genu, & inclinans ſe etiam profundè, tum erectus aſcendit cum illis ad ſecundum gradum vbi genuſcctunt iterum ſuper ſuppedaneum, & parumper orant.

16. Interim, vel citius, prout opus eſt, accenduntur cerei ad locum vbi deferri debet S. Sacramentum, distribuuntur Clero cerei qui & accenduntur. Subdiaconus etiam parat ſe in Sactiſtia habitu Subdiaconali ad Crucem proceſſionalem deferendam. Interim etiam deferretur Baldachinum ante altare extra cancellos.

17. Deinde duo Thuriferarij cum ſuis thuribulis igne inſtructis accedunt ad Altare, ſtatimque Celebrans ſurgens imponit incenſum miniſtrante Diacono nauiculam in Thuribulo primi Thuriferarij ſine vlla benedictione & abſque oſculis ob præſentiam S. Sacramenti, tum ipſe Thuriferarius paululū recedit dans locū ſecundo Thuriferario, in cuius Thuribulo etiam Celebrans imponit thus ex priori nauicula, quam indeo retinuerat apud ſe Diaconus.

18. Poſito incenſo in duobus Thuribulis, Celebrans genuſcctit vt prius, deinde Diaconus tradit Thuribulum vnum ſine oſculis Celebranti genuſcctero, qui facta inclinatione, ſer incenſat S. Sacramentum, Miniſtris eleuantibus partes anteriores Pluuialis, & ſe inclinantibus cum Celebrante antè & poſt.

19. Deinde Celebrans reddit Thuribulum Diacono à dextris genuſcctero, & hic Thurifera-



rio, Tum Diaconus & Subdiaconus extendunt velum oblongum super humeros Celebrantis, ita ut aequaliter fluat super brachia & manus eius.

20. Postea surgit Diaconus, ascendit ad Altare genuflectit & surgens reuoluit anteriorem partem veli super Calicem & postea partem posteriorem eodem modo, atque ambabus manibus dictum Calicem reuerenter accipit, dextra nodum tenens, sinistra pedem, & conuersus stans ipsum calicem porrigit Celebranti genuflexo, qui illum capit sinistram per nodum velo paruo circumdatum, & dexteram super velum paruum ponit, cuius partem posteriorem ipse Diaconus prius explicuit, ita ut Calix sit vadique coopertus velo paruo, excepta parte anteriori, quae est ante Celebrantem.

21. Celebrans accepto Calice surgit, & ad planum supremi gradus ascendit, ibique ad populum se conuertit, & tunc Cantores adhuc genuflexi deuote intonant Hymnum *Pange lingua*, & mox surgunt omnes, & Chorus Hymnum prosequitur grauitate & deuote pausando aliquantulum ad singulos versus, si locus paratus multum distet, & Processio sit longior, quae tamen hac die & sequenti nequaquam exire debet Ecclesiam ex Decreto Sacrae Rit. Cong.

22. Inchoato Hymno procedit Processio hoc modo. Praecedit Subdiaconus cum Cruce medijs inter duos Ceroferarios, tum Clerici bini portantes candelas accensas dextera vel sinistra respectiue, tum aliqui Acolythi cum facibus ardentibus, deinde duo Thuriferarij cum suis thuribulis. Denique Celebrans medius inter Diaconum & Subdiaconum sub Baldachino procedit tenens eleuatam calicem fere ob oculos, quos defixos deuote semper habet in eum, submissa voce cum Ministris recitans deuote Hymnum  
pradi-



prædictum *Pange lingua*, & alios ac etiam Psalmos, si opus sit, non enim decet ut cantes cum Clero.

23. Cum pervenerint ad Sacellum aut locum designatum, Subdiaconus & Ceroferarij sistunt se in loco congruo, unde nullum impedimentum afferant Celebranti, & alijs. Tum Clerus dividitur in duas partes hinc inde, ut Thuriferarij, Ministri sacri, & Celebrans sub Baldachino transire possint per medium illorum. Juniores remaneant prope Crucem; seniores vero ex ordine proximiores sint Sacramento, qui omnes ante illud genuflectunt, & sic manent genuflexi donec inde recedant. Baldachinum relinquitur ab ijs qui illud gestabant ad portam Capellæ.

24. Postquam ingressi fuerint Capellam Celebrans & ministri ascendunt ad secundum gradum Altaris, & Diaconus ascendit super suppedaneum, ubi genuflectit & Celebrans stans porrigit illi Calicem, quem reuerenter accipit, & conuersus ad Celebrantem paululum expectat donec Celebrans adorauerit SS. Sacramentum, deinde ponit deuotè Calicem super Corporale in medio Altaris explicatum quem vndique cooperit, atque facta genuflectione, descendit ad Celebrantem adhuc genuflexum, & cum Subdiacono remouet velum oblongum ab humeris ipsius Celebrantis.

25. Postea surgit Celebrans & imponit incensum vni thuribulo ministerio Diaconi sine osculis, tum idem genuflexus, sumpto thuribulo ter SS. Sacramentum incensat cum inclinationibus solitis ante & post, interim Chorus cantat *Osanna Hostias*, vel *Tantum ergo Sacramentum* in cantu pio & deuoto.

26. Facta incensatione, & reddito thuribulo Diacono ipse Diaconus ascendit ad Altare, genu-

*fectus*

*Carem Epif  
lib. 2. c. 230.*



Actit imponit Calicem capsulae super corporale  
in ea prius explicatum, & eum tegit unde quaque.  
Iterum genuflectit, capsulam claudit & obserat  
clavi, quam dat Sacristae: non enim videndus est  
Calix a populo, & multo minus Hostia patere  
debet populo. Neque dari debet clavis laico  
quantumvis nobili ex Decreto Sacrae Rituum  
Congregationis 30. Ian. 1610, sed in defectu Sa-  
cristae ei qui sequenti die officium est facturus.

*Garantio  
comment. 93  
R. by Miss.  
part. 4. tit. 86.  
n. 2. l. 11. C.*

27. Interim Celebrans & omnes alij genu-  
flexi orant, atque facta oratione surgunt omnes,  
factaque reuerentiâ SS. Sacramento extinguunt  
suis cereos, atque in Choro dicunt Vesperas sine  
cantu, Celebrans verò in Sacristia deponit Plu-  
uiale & Stolam albam. Interim in Choro dicun-  
tur Vesperae sine cantu.

TITVLVS IX.

De denudatione Altarium.

1. Post Vesperas Celebrans cum alba statim  
parat se in Sacristia stola tantum violacea  
in modum Crucis ante pectus, Diaconus etiam  
alba stola violacea Diaconali super sinistrum hu-  
merum, & Subdiaconus sola Alba sine manipu-  
lis. Sic autem parati procedunt ad denudationem  
altarium, Thuriferario, sine thuribulo & Cerofo-  
tarijs sine candelabris, & Ceremoniario præce-  
dentibus, omnes manibus iunctis, ita vt Cele-  
brans sit in medio Diaconi à dextris, & Subdia-  
coni à sinistris.

2. Incipiunt à maiori Altari, ante quod omnes  
genuflectunt propter Crucem ibidem positam,  
excepto solo Celebrante, qui tantum se profun-  
dè inclinat, cum ab eo remouentur mappulae

*Quia*

Tit. VIII.  
s ac etiam Piall  
t vt canter cum  
lum aut locum  
oferarij sicut  
mpedimentum  
Clerus diuidi-  
uriferarij, Mi-  
chino transire  
res remaneant  
ordine proxi-  
nes ante illud  
xi donec inde  
ab ijs qui il-  
Capellam Ce-  
cundum gra-  
super suppe-  
as stans por-  
accipit, &  
am expectat  
cramentum,  
Corporale in-  
adique coo-  
descendit ad  
& cum Sub-  
ab humeris  
poit incen-  
ni sine oscu-  
thuribulo ter-  
inationibus  
ntat OSalm-  
um in can-  
thuribulo  
tare, genu-  
fectio



cum pallijs, & alijs paramentis, quæ Sacrifia strim in loco congruo deponit, relicta: amen Crucem velata cum candelabris super Altaria; aufertur etiam cortinæ & alia.

3. Antequam inchoetur denudatio Altaris maioris Celebrans incipit alta voce, ita ut audiat a Choro, Antiphonam *Diuiserunt sibi, &c.* quæ non duplicatur. Deinde Cantor incipit Psalmum *Deus Deus meus respice in me*, quem prosequitur, si. ut & Celebrans submissa voce cum ministris interim alia altaria, sicut maius, per eosdem. Non autem repetitur Psalmus, neque Antiphona, licet sint plura altaria, sed ita, lentè cantandus est, neque antiphona, licet sint plura altaria, sed ita lentè cantandus & dicendus à Celebrante ut strim ad denudationem ultimi Altaris, vel paulò celerius dicatur si vnicum sit Altare, aut duo tantum. Genuflectunt autem omnes excepto solo Celebrante ante & post denudationem Altaris, accedentes scilicet aut recedentes ab eo propter Crucem, quæ nunquam inde auferri debet.

4. Deinde facta denudatione Altarium redeunt omnes prout venerant in Sacrifiam, Deinde omnes parietes Ecclesiæ denudantur & pulpita, etiam Concionatoris, quamuis fieri debeat concio post meridiem: quia pulpitum non ita dignum est ac Altare.

---

## TITVLVS X.

### *De mandato seu lotionè pedum.*

2. **H**ora competenti & solita paratur in loco vbi faciendum est *Mandatum* scamnum oblongum super quod sedeant ij quibus lauandi sunt pedes. Dicitur autem *Mandatum* tum quia  
Christus



Christus mandauit lotionem pedum, tum quia Antiphonæ decantandæ in ipsa sacra actione, ab hac Mandatum nouum, inchoantur.

1. In illo loco paratur Altare, aut mensa in modum Altaris cum mappa munda, antependio, Cruce albo contexta velo, & cum duobus candelabris, ac totidem candelis ceræ albæ, quæ accendi debent paulò antequam Clerus accedat ad mandatum.

2. Item ad latus eius sinistrum, si fieri potest, paratur Credentia, super quam collocetur Missale pro Euangelio, seu liber Euangeliorum, linteum amplum quo Celebrans præcingi debet, & duæ manicæ lineæ cum aliquot aciculis. Item tredecim mappulæ in vna lance, vel ijs deficientibus paratur aliud linteum satis amplum.

3. Prope prædictum scamnum, vel alio loco commodiori tria vasa, vna aqua calida plenum, & herbis odoriferis; alterum aqua frigida ad temperamentum aquæ calidæ, si opus sit, & tertium in quod aqua peluium effundatur post cuiusvis pedis lotionem, si opus sit, nisi fortè effundenda sit in aliquo loco ad id deputato. Debent autem esse ita capacia ista vasa, vt sufficiant ad lotionem integram.

4. Item in Sacristia parantur Amictus, Alba, Cingula, Stola, & Pluuiiale violacei coloris pro Celebrante, & Stola cum Dalmatica coloris albi pro Diacono, sicut & Tunicella pro Subdiacono cum duobus manipulis etiam coloris albi, quia tunc debet cantari Euangelium. His omnibus commodè & tempestiuè paratis, Celebrans & ministri induuntur prædictis paramentis, interim accenduntur candelæ quæ sunt super Altare, vbi faciendum est *Mandatum*. Tum Subdiaconus capit Crucem processionalem, & Ceroferarij sua candelabra, accensis prius eorum candelis



candelis & collocat se retro post Celebrantem. Deinde ministrantibus Diacono & Thuriferario de more, stantibus à dextris Celebrantis, ipse Celebrans imponit & benedicit thus in thuribulo, stans ante Crucem vel imaginem Sacristiæ. Tum facta prædictæ Cruci vel imagini debita reuerentia ab omnibus, exceptis Subdiacono & Ceroferarijs, procedunt ad locum paratum hoc ordine præcedit Thuriferarius, tum Subdiaconus cum Cruce medius inter duos Ceroferarios cum Candelabris, deinde Cæremoniaris, & Clerus, & tandem Celebrans habens à sinistris Diaconum paratum iunctis manibus, & recto capite.

6. Cum ad locum deputatum peruenerint, Subdiaconus deponit Crucem in aliquo loco congruo, Ceroferarij verò hinc inde à lateribus altaris in plano expectant, Clerus verò in duas partes diuiditur & sua loca occupat, Celebrans ascendit ad Altare, illudque osculatur, & Diaconus statim accedit ad Credentiam, accipiens librum Euangeliorum, quem de more portat ad Altare, illumque in medio collocat, tum ipse Celebrans ministrante Diacono Naviculam imponit de more thus thuribulo, atque Diaconus præmissis *Munda cor meum, &c.* accipit librum de Altari, & tenens librum Euangeliorum ante pectus genuflexus ante Celebrantem stantem apud dictum Altare in cornu Epistolæ, petit benedicti onem, & accedens ad locum Euangelij astantibus duobus Acolythis cum candelabris & cereis accensis & Subdiacono librum tenente, signat librum & incensat uti moris est & cantat Euangelium, *Ante diem festum Pasche* ut in Missa hodiernæ diei.

7. Finito Euangelio Celebrans osculatur librum à Subdiacono delatum de more, & incensatur



atur à Diacono, Cerofetarij, deponunt candelabra super Credentiam, Thuriferarius thuribulum & Diaconus atque Subdiaconus manipulos suos, ut Celebranti liberius inseruiant.

8. Postea Celebrans exiit in pluuiali, per eosdem, illudque tradunt alicui Ministro qui illud loco congruo deponit, & per eisdem præcingitur magno linceo à Cerofetarijs allato, eleuata prius, si opus sit, anteriori parte Albæ suæ, eaq; cingulo ipsius constringit, ne eam ipse Celebrans maculet.

9. Deinde Celebrans medius inter Diaconum & Subdiaconum accedit ad lotionem pedum, & per ordinem dispositis ijs qui lauandi sunt, Clericis peluem & aquam ministrantibus, Subdiacono singulorum pedum dexterum vel manum (vta in hisce partibus consuetudo obtinet) tenente, genuflectens singulorum pedem vel manum lauat, extergit, & osculatur, nullo fasto super pedem aut manum signo crucis, manu Diacono præbente linceum ad abstergendum: stans à dextris Celebrantis colligens linceum ipsum quo Celebrans est præcinctus & extēdēs quādo op<sup>o</sup> est, ut extergat.

10. Dum Celebrans incipit lotionem, Cantores in habitu Choralī cantant Antiphonam *Mandatum nouum, &c.* & alia ut in Missali.

11. Post lotionem Celebrans lauat manus, & abstergit alio linceo: deinde deponit linceum quo erat præcinctus, reducēsque ad latus Epistolæ in plano, Pluuiale resumit ministerio Diaconi & Subdiaconi, atque stans in medio ante Altare dicit manibus iunctis Diacono & Subdiacono tenentibus librum *Pater noster* cum reliquis ut in Missali Romano.

12. Omnibus expletis exiit ibidem Celebrans paramentis, vel redit cum ministris in Sacristiam ordine quo venerat.

13. Hora congrua & solita dicitur Completorium.

finē

s. VI. Tit. X.  
ost Celebrantem  
no & Thurifera  
Celebrantis, ipse  
cit thus in thuri  
Vimagine Sacri  
ruci vel imagin  
, exceptis Sub  
cedunt ad locum  
it Thuriferarius,  
medius inter duos  
, deinde Cere  
m Celebrans ha  
atum iunctis ma  
am peruenient,  
in aliquo loco  
inde à lateribus  
eris vero in duas  
pat, Celebrans  
alatur; & Dia  
ciam, accipiens  
de more portat  
collocat, tum  
ono Nauiculam  
, atque Diacon  
&c. accipit li  
Euangeliorum  
ebrantem stans  
Epistolæ, per  
s ad locum E  
ythi cum can  
iacono librum  
vti moris est  
festum Pasche  
s osculatur li  
ore, & incen  
satur



*Gauantus*  
*part. 2. sect.*  
*§. 17. n. 20.*

sine lumine, in cuius fine non dicitur *Pater* *ster*, nec *Aue Maria*, nec *Credo* sicut nec crastina die.

14. Denique laborandum ut mandatum illud sit sobrium ac religiosum, multi enim isto dicitur taliter mandatum seruant, ut suis compositio- nibus, alijsque excessibus non vereantur ieiunium Ecclesiasticum violare, & casu quo aliquid in simili mandato sumendum est, tunc potius a prandio abstinendum, quam ut illius mandati occasione pluribus quam una refectione, utantur, seu ut pransi, cavando soluendi ieiunij periculum adeant. Quia qui vnus diei ieiunium soluit totam Quadragesimam inhonorat.

## TITVLVS XI.

### *De officio feria sexta in Parasceue.*

**F**eria sexta in Parasceue Altare erit omnino nudum cum cruce velata velo nigro, ita ut aptato ut suo tempore facile detegi possit. Super illud altare parari debent sex candelabra coloris obscuro, ferrea aut lignea cum candelis cere communis, nihilque aliud super illud præter Crucem & Candelabra prædicta apponendum.

1. Credentia simplex, linteis cooperta in superiori parte tantum, cum necessarijs ad officium, nempe Bursa cum Corporali & purificatorio, ampullæ cum vino & aqua, cum peluicula & manutergio, Missalia duo cum cussino nigro, mappa oblonga plicata extendenda super Altare initio officij. Velum album oblongum Celebrantis humeris imponendum ad processionem. In alio loco conuenienti etiam puluina coriacea supponenda Capitis Celebrantis & ministro- rum



s VI. Tit XI.  
n dicitur Pater noster  
sicut nec crastin  
vt mandatum illud  
ulti enim isto die  
suis compositio  
n vereantur ieiun  
casu quo aliquid  
est, tunc potius a  
vt illius mandati  
efectioe, vtan  
endi ieiunij peri  
iei ieiunium sol  
onorat.

rum sacerdotum, initio officij. Tapes magnus pul-  
cher violaceus.  
3. In cornu Epistolæ apponitur scamnum ob-  
longum & omnino nudum pro Celebrante &  
ministris si sedere velint.  
4. Hora competenti, pulsata campana lignea  
dicuntur hora diuina voce humili sine lumine  
ad Altare, Celebrans vero & ministri lauant ma-  
nus & parant se paramentiis nigris  
5. Finita Nona procedunt ad Altare more so-  
lito omnes iunctis manibus, Sacerdos cum mini-  
stris vnus post alium, vt ad Missam, præcedenti-  
bus Acolythis sine candelabris & ministri Sacri  
in albis tantum.  
6. Cum ad Altare peruenerint, genuflectunt  
omnes recta linea in plano ante infimum gradum,  
& statim Celebrans & ministri sacri prosterunt  
se ponentes capita sua super cussinibus ibidem col-  
locatis: ita vt genua eorum sint in plano, caput  
verò & brachia super gradum altaris, sic prostirati  
orant per vnus Miserere spatium.  
7. Dum Sacerdos orat cum ministris Acoly-  
this interim vnam tantum tobaleam super altare  
extendunt, & præterea Missale cum cussino ni-  
gro super illud apertum collocant in cornu E-  
pistolæ.  
8. Sacerdos cum ministris facta oratione, af-  
cendit ad Altare, osculatur illud in medio, & ac-  
cedit ad cornu Epistolæ, vbi submissa voce legit  
Prophetiam sine titulo, stantibus ministris sacris  
vt in Introitu Missæ Acolythis ad Credentiam.  
9. Interim Lector accipiens librum accedit  
ad Altare vbi genuflectit, surgit & accedit ad lo-  
cum Epistolæ, vbi sibi ipsi tenens librum, non  
trem super legile cantat Prophetiam in tono  
lectionis, vocem aliquantulum inflectendo in fi-  
ne, eaque completa redit ad medium altaris.  
vbi

I.  
Parasceue.  
are erit omnino  
velo nigro, ita  
egi possit. Super  
delabra coloris  
delis ceræ con-  
præter Crucem  
dum.  
cooperta in su-  
cessarijs ad offi-  
i & purificatio-  
m peluicula &  
cussino nigro,  
la super Altare  
um Celebran-  
cessionem. In  
aria coriacea  
s & ministro-  
rum

Cerem. Epif.  
lib. 2. c. 25



vbigenus flectit & erectus redit ad locum suum  
& reponens librum.

10. Finita Prophetia à Celebrante, ipse potest sedere super scamnum nudum, & dum ea cantatur, omnes sedent in Choro, eaque finita cantant Tractum.

11. Circa finem Tractus, Celebrans redit ad idem cornu Epistolæ, & stans ibidem cantat, *Oremus*, Tum Diaconus genuflectens ante alios dicit *Flectamus genua*, & statim omnes genuflectunt cum eo, excepto solo Celebrante, Subdiaconus verò ante omnes alios surgens, dicit *Leuatis*, & omnes similiter surgunt.

12. Deinde Celebrans extensis manibus cantat orationem ad quam ministri stant vnus post aliū post Celebrantem, finitaq; oratione Subdiaconus in loco consueto cantat lectionem in tono Epistolæ, in cuius fine non osculatur manū Celebrantis, ipse verò Celebrans interim dum cantatur lectio per Subdiaconum legit eandem lectionem cum Tractu submissa voce, assistente sibi Diacono à dextris, qui non respondet *Deo gratias* in fine.

13. Interim dum à Choro cantatur Tractus eret qui cantaturi sunt Passionem parati Amictibus Albis manipulis & stolis nigri coloris egrediuntur sacristiam omniaque seruantes quæ superius in die Palmarum notata sunt, exceptis, quod non petatur benedictio cum tam à Celebrante, quam à Diacono ad eam partem, quæ legitur in tono Euangelij, dicatur tantum; *Munda cor meum*, sine *Iube Domine*, &c. non deferantur luminaria, neque incensum, Subdiaconusque librum tenens medius inter Acolythos in fine illum non tradit osculandum Celebranti.

14. Dum Cantores inchoant Passionem, Celebrans eandem manibus iunctis incipit in cornu Epistolæ paulò ad eos conuersus vsque ad finem  
illius



Illius partis quæ habetur pro Euangelio inclusi-  
ue, dicens ibidem *Munda cor meum* non tamen In-  
be *Domine, &c.* neq; genua. Et in morte Christi,  
nisi cum Cantoribus. Lecta q; postrema parte quæ  
vicem gerit Euangelij in eodem cornu Epistolæ,  
conuertit se totum ad Cantores. Ministri sacri dū  
Celebrans legit Passionē stant vrin Introitu Missæ  
manibus iunctis sicut Celebrans, & dū est conuer-  
sus ad Cantores post finē Passionis, stant Diaconus  
a sinistris ipsius & Subdiaconus a sinistris Diaconi  
in recta linea versa facie ad Cātōres genuflectētes  
in morte Christi sicut in Dōnica præcedēti.

15. Finita Passione Cantores, factis debitis re-  
uerentijs Altari & Celebranti, redeunt prout ve-  
nerant ad Sacristiam.

16. Diaconus verò portat librum ad Altare,  
dicit genuflexus in loco solito *Munda cor meum*  
non petit benedictionem, sed statim accipit librū  
& vadit ad locum Euangelij de more, Ceroferarij  
manibus iunctis, sine cereis & thuribulo, & cum  
ad locum peruenerint, cantat de more, stante vero  
sus cum Celebrante manibus iunctis, reliquum  
Passionis manibus iunctis absolutè sine *Dominus*  
*vobiscum*, sine signo Crucis, sine incenso Sub dia-  
cono tenente librum.

17. His finitis Celebrans stans in cornu Episto-  
læ incipit absolutè, & cantat primò monitiones  
cantu in Missali præscripto, postea orationes in  
tono orationis ferialis, Monitiones cantat ma-  
nibus iunctis, orationes verò manibus extensis  
numquam genuflectens. Interim Ministri stant  
post Celebrantem manibus iunctis vnus post a-  
lium, Diacono dicente, *Electamus genua* quando  
opusest, & Subdiacono *Leuate*.

18. Ad orationem pro Papa, quando eius ex-  
primitur nomen Celebrans versus librum capue-  
tinas, omnesq; alij, interim omnes tam  
ad



ad monitiones, quam ad orationes stant, nisi quando dicitur *Flectamus genua*. Quando Imperator non est coronatus Celebrans dicit *Oremus* pro Christianissimo Imperatore nostro Electo N. Non autem addi debet vel potest, nomen Regis vel alterius Principis seu Domini loci, hoc enim esset contra Bullam Pij V.

19. Dicitis orationibus Celebrans in eodem cornu Epistolæ deposita Planeta accedit ad cornu Epistolæ, & ibi in posteriori parte anguli Altaris accipit à Diacono Crucem in Altari præparatam, atque stans ibidem versus populum in medio Diaconi à dextris, & Subdiaconi à sinistris eius, versu quasi facie ad Crucem, manu dextra detegit illius summitatem, vsque ad Crucis transversum, ita tamen ut caput Crucifixi non appareat; Tum Celebrans ambabus manibus elevans Crucem reuerenter ad oculorum altitudinem & eam populo ostendens, voce graui ex libro Missalis ante eum sustentato per aliquem ministrum incipit solus Antiphonam *Ecce lignum Crucis*, quod Diaconus & Subdiaconus prosequuntur cum Celebrante, vsque ad *Venite adoremus* quod Chorus cantat, eoque tempore omnes genuflectunt, & capite profunde demisso excepto solo Celebrante qui semper stat.

20. Deinde Celebrans procedit ad anteriorem partem anguli eiusdem cornu Epistolæ, in eodem scilicet loco, vbi dicit Introitum Missæ, & stans etiam in medio ministrorum versus populum, ac detegens brachium Crucis dextrum, & caput figuræ Crucifixi, elevansque eam paulisper altius quam prius repetit etiam altiori voce *Ecce lignum Crucis*. Et Ministri prosequuntur *In quo salus, &c.* & postea Chorus *Venite adoremus* omnibus genuflexis, ut supra.

21. Denique Celebrans procedit ad medium  
Altaris,



Altaris, & stans, vt supra, versus populum totam Crucem detegens tradit velum Subdiacono vel Acolyto adhuc altius Crucem eleuans, etiam altius cantat *Ecco lignum Crucis*, alijs cantantibus & genuflectentibus vt supra dictum est.

21. Postea Celebrans sine Ministris, descendit per latus Euangelij, ad locum vbi paratus est cussinus, ambabus manibus portans Crucem eleuatam facie Crucifixi versa ad populum, & genuflectens eam collocat reuerenter super dictum puluinar. Interim omnes Cruces per Sacristam in Ecclesia denudari possunt.

22. Dum Celebrans sic Crucem aptat in loco suo, Ministri sacri, & omnes alij manent genuflexi, eaque sic aptata surgit, & facta iterum genuflexione, recedit ad sedem suam ad latus Epistolæ cum ministris. Tum Celebrans deponit calceamenta, & solus manibus iunctis procedit deuotè oculis demissis ad Crucem adorandam, ter genuflectens in tribus distinctis locis, in æquali distantia orando pro vnaquaque vice, *Adoramus te Christe, & benedicimus tibi, quia per Sanctam Crucem tuam redemisti mundum.*

23. Postquam Celebrans adorauerit Crucem deuotè, surgit & iterum facta genuflexione Crucis & inclinatione Altari, redit per breuiorem viam ad sedem suam in cornu Epistolæ, vbi resumat calceamenta & planetam, tum capite recto sedet.

24. Deinde ministri Diaconus & Subdiaconus etiam discalceati manibus iunctis procedunt simul ad Crucem ter genuflectentes sicut Celebrans, & orantes ad loca designata, & ambo simul genuflectunt ante Crucem, eamque Diaconus a dextris Subdiaconi prius osculatur & adoratur. Ita autem prædicti ministri sint ambo genuflexi ante Crucem, & omnes alij postea, vt ipsa



Cruz sit quasi in medio vtriusque dum adorant; simul verò surgentes iterum genuflectunt simul Cruci, & ambo simul surgunt. Deinde ambo redeunt ad Celebrantem, cui se inclinant & resumunt Calceamenta, ac statim sedent cum illo, recto capite.

26. Postea Celebrans sedens cum dictis ministris, librum Missalis hinc inde ante eum sustentibus, legit impropria submissa voce, quibus lectis defertur liber ad cornu Epistolæ.

27. Si qui sunt Prælati scilicet Episcopi, aut alij extranei, adorant statim post Celebrantem etiam discalceati, Episcopus verò proprius eam primus adorat etiam discalceatus.

*Cerem. Epif.  
lib. 2. c. 25.*

28. Deinde accedunt Clerici de Choro bini, si multi sint, alias unus post alium incipiendo à dignioribus, eundem ordinem seruantes, quem prædicti ministri sacri genuflectentes ad loca designata simul, & simul adorantes, & simul surgentes, & si contingat eos transire ante Celebrantem illi se inclinant.

*Cerem. Epif.  
lib. 2. c. 15.*

29. Facta adoratione à Clericis, Laici eodem modo Crucem adorare possunt, hac enim die quilibet Laicus etiam princeps post Clerum præ adoratione Crucis accedere debet, cum sit actus profundæ humilitatis.

30. Quamprimum Celebrans procedit ad adorandam Crucem, cantantur in Choro impropria vbi habentur in Graduali.

31. Circa finem adorationis Ceroferarij accendunt cereos altaris, & Diaconus facta Celebranti inclinatione sumens de Credentia Butyram cum corporali & purificatorio defert ad Altare, explicat corporale solito more in medio, & iuxta illud ponit Purificatorium: atque finita adoratione, Crucem reuerenter accipit & reportat ad Altare, quam in altaris medio ponit, & facta  
Cruci



Crucigenuflexione redit ad Celebrantem.

32. Postea ordinatur Processio ad locum, ubi pridie SS. Sacramentum repositum fuerat hoc ordine præcedunt Thuriferarij cum thuribulis & suis nauiculis, deinde Subdiaconus cum Cruce medijs inter Ceroferarios; postea Clerici bini & bini cum candelis extinctis, ultimo Celebrans cum ministris præcedentibus, manibus iunctis.

33. Cum Celebrans, & omnes alij ad dictum Sacellum peruenerint ipse & ministri sacri, statim ac Sacellum ingressi fuerint genuflectunt surgunt & ad altare accedunt, ante quod iterum genuflectunt, tum seniores hinc inde prope altare, iuniores prope Crucem, se collocant & simul genuflectunt sicq; genuflexi parumper orant deuotè, & interim accenduntur faces & candelæ Clericorum, quæ non extinguuntur nisi post assumptionem Sacramenti.

34. Tum solus Diaconus surgens ab oratione, & facta genuflexione, aperit capsulam, in qua reconditum est corpus Domini, eaq; aperta, iterum genuflectit, & accedit ad Celebrantem, cui ministrat nauiculâ thuris, sacerdos surgens absq; benedictione imponit incensum duobus thuribulis, tunc genuflexus accepto primo thuribulo ter incensat de more SS. Sacramentum in silencio inclinans profundè caput antè & post, deinde reddito thuribulo imponitur per ministros humeris Celebrantis velum oblongum album, ita ut æqualiter pèdeat.

35. Postea Diaconus ascendit ad Altare, & facta genuflexione, extrahit Calicem velo suo paruo rectum de capsula, tenens illum dextrâ per nodum & sinistra per pedem tradit Celebranti genuflexo, qui nodum ipsius sinistra accipit & mox extremitatibus veli ab eius humeris pendentis eundè regit. Cantores genuflexi inchoant Hymnum *Vexilla Regis prodeunt*, què prosequitur Chorus.



36. Interim Celebrans surgit, & procedunt ordine quo venerant, defertur Baldachinum super Sacramentum: & duo Acolychi cum thuribulis contiaue SS. Sacramentum incensant.

37. Cum Celebrans peruenerit ad Altare, stans in secundo gradu, tradit Calicem Diacono genuflexo super suppedaneum Altaris in cornu Epistolæ, qui statim surgens illum collocat in medio corporalis, adhuc velo tectum & genuflectit, atque sublato per Subdiaconum velo oblongo Celebrantis, imponit Sacerdos sanctus thuribulo, & genuflexus iterum SS. Sacramentum ter thurificat.

38. Facta incensatione & reddito thuribulo Sacerdos ascendit cum ministris ad altare, ubi iterum genuflectunt, Diaconus amouet paruum velum de Calice patenam & pallam de super, patenam autem tenet eleuatam super corporale coram Celebrante, qui Calicem accipiens, ex eo deponit Sacram Hostiam super dictam patenam ambo aduertentes vt nullo modo hostiam tangant, & eundem Calicem reponit in loco solito.

39. Tum Celebrans reuerenter accipiens patenam de manibus Diaconi ambabus etiam manibus, sine osculis Hostiam ponit super corporale in medio eius nihil dicens, & sine vilo signo Crucis cum patena, quam statim non subtus, vt aliàs, sed super corporale, ob reuerentiam Sacramentum specierum, collocat. Si fortè ex inaduertentia sacram Hostiam tetigerit, digitos abluat in aliquo vase, & tergit purificatorio, digitorum verò ablationem ipse Celebrans sumet post Communionem suam.

40. Tum Diaconus imponit vinum in Calicem (quem non prius extergit) & Subdiaconus aquam, quam Sacerdos non benedicit, nec dicit super eam orationem consuetam scilicet



Deus qui humana, &c. sed accipiens Calicem à Diacono, reponit illum sine signo Crucis in loco suo paulò post medium Corporalis, illumque Diaconus sine vlla genuflexione cooperit palla sua. Deinde Diaconus præbet Celebranti Naviculam thuris, qui imponit incensum in thuribulo absque benedictione & incensat oblata, & Altare more solito, dicens *Incensum istud, & Dirigatur Domino* genuflectens ante & post, & quandoque transit ante Sacramentum, Ministris Sacris tunc hinc inde stantibus & planetam eius hinc inde elevantibus.

41. Finitâ incensatione, Celebrans in cornu Epistolæ reddit thuribulum Diacono dicens *Accendat in nobis* sine osculis & hic statim Thuriferario, quia nec Celebrans, nec alij villo modo incensantur, deinde Celebrans reddito thuribulo descendit in planum extra gradus Altaris in parte Epistolæ nihil dicens & lauat manus facie ad populum conuersa.

Carem. Episc.  
lib. 2. c. 26.

42. Deinde redit Celebrans ad medium Altaris, ibique iunctis manibus super Altare de more, inclinatus submissa voce dicit *In Spiritu humilitatis*, quo dicto & altari osculato, genuflectit, versusque populum in cornu Evangelij, ne minimum terga vertat Sacramento dicit more solito *Orate fratres*, & per eandem viam, non perficiens circulum, redit ad medium genuflectens iterum: non responderetur *Suscipiat Dominus*, ut alias, sed omissis alijs omnibus Celebrans cantat in cantu feriali *Oremus, Præceptis, &c.* eo modo quo in Missa feriali in cuius fine Chorus respondet de more *sed libera nos à malo.*

43. Sacerdos dicto sub silentio à seipso *Amen*, eadem voce qua dixit *Pater noster*, absolute sine *Oremus*, in tono ferialis Orationis dicit *libera nos* manibus extensis vsque ad finem non signans se



cum Patena vr alijs & in fine Chorus altà voce respondet, *Amen.*

44. Tunc Celebrans genuflectit deuotè, surgit, submittit patenam hostiæ, quam dextera tantum accipiens eleuat, ita vr à populo videri possit, figens semper in eam oculos, & aduertens ne limites Corporalis excedat, non tamen eleuat Patenam cum ea, sed eam sinistra tenet super corporale. Diaconus & Subdiaconus tunc genuflectunt in secundo gradu, non eleuantes tamen Planetam Celebrantis.

45. Eleuata Hostia, Celebrans eadem manu dextra reponit eam super patenam, & statim iterum genuflectit, surgit, sicut ministri sacri cum eo, & Diaconus accedit ad dexteram & Subdiaconus ad sinistram Celebrantis, discooperit Calicem sine genuflexione, quia in eo non est SS. Sacramentum, tum Celebrans sacram Hostiam in tres partes diuidit, more solito, quantum minimam ponit in calice nihil dicens & sine benedictione, *Pax Domini* non dicitur, neque *Agnus Dei*, neque pacis osculum datur. Postremum prætermittis duabus primis orationibus, dicit tantum tertiam scilicet *Perceptio corporis*, &c. manibus iunctis super altare, vr alijs.

46. Celebrans dicta oratione *Perceptio* genuflectit, & surgens dicit reuerenter *Panem caelestem*, &c. accipit Hostiam cum Patena, & dicit ter de more inclinatus cum ministris, *Domine non sum dignus*, ter percutiens sibi pectus. Quo dicto erectus signat se cum SS. Sacramento dicens *Corpus Domini*, &c. illudque de more accipit reuerenter, cubitis super altare positis. Ministris interim vr alijs profundè inclinatis, qui postea erigunt se dum Celebrans quiescit in meditatione SS. Sacramenti.

47. Mox, omissis alijs quæ dici solent in sumptibus.



sumptione sanguinis, Subdiaconus detegit Calicem, & debita facta ob omnibus genuflexione, Celebrans accipit Calicem & particulam Hostiæ cum viro reuerenter sumit de Calice nihil dicens neque se signans. Tum Subdiaconus ministrat de more ampullas vini & aquæ, & facta sumptaque tantum ablutione, non purificatione digitorum cum viro & aqua, ac ore extersore alias, manibus iunctis ante pectus dicit *Quod ore sumpsimus, &c.*

48. Tunc & non prius omnes ceteri à Clericis delati, faces & intortitia extinguuntur, Celebrans verò dicto *Quod ore, &c.* non dicit *Corpus tuum Domine*, nec post Communionem nec *Placeat tibi*, nec benedictionem, sed statim Diaconus in parte Euangelij claudit librum, Subdiaconus plicat corporale, imponit Bursæ, Calicem reuoluit, & more solito reponit ad Gradinam.

49. His expletis Celebrans cum ministris descendit in planum, vbi facta Altari genuflexione reuerentia redit in Sacristiam. Deinde in Choro dicuntur Vesperæ sine cantu, ad quas Celebrans, & omnes alij genuflectunt dum dicitur Versus *Christus factus est* & dicto Psalmo *Miserere mei Deus* Celebrans subdit Orationem *Respice quaesumus*, quibus dictis Acolythes denudant altaria.

30. Pyxis cum paruis hostijs consecratis pro infirmis defertur per Sacerdotem superpelliceo & stola albi coloris indutum, ex Sacello in quo antea erat, ad Sacristiam, vel alium locum paratum cum luminibus, non verò ad maius Altare, ne in matutinis sequentibus & officio Sabbarhi Sancti sint alia luminaria præter præscripta.



## TITVLVS XII.

*De ordine ponendi Crucem in sepulchrum.*

**I** Feria sexta Parasceues, vel antè tempestiue paratur locus vel Capella pro sepulchro, velis & luminaribus ornatus, in quo extenditur tapete magnum, vel pannus violaceus, & super primos eius loci gradus ponitur puluinar amplum, & super eo velum, seu mappa sericea supra qua ponenda erit Crux pro adoratione populi.

2. Finitis igitur in Choro vespertis Celebrans deposita casula indutus pluuiali nigri coloris accipit Crucem de Altari in quo Celebrauit, & præcedentibus Thuriferario cum thuribulo & duobus Ceroferaijs cum luminaribus accensis & Clero incedit Sacerdos medius inter Diaconum & Subdiaconum portans ambabus manibus Crucem detectam vsque ad dictum locum. Choro interim cantante submissa voce. *Ecco quomodo moritur iustus, &c. Sepulto Domino, &c. Sicut quis ad occisionem, &c.*

3. Postquã peruentum fuerit ad dictum locum, omnibus genuflectentibus reuerenter à Celebrante ponitur Crux in dicto loco, & imposito atque benedicto ab ipso Thure in thuribulo ter incensat Crucem, redditoque thuribulo à duobus Cantoribus, vel ipsomet Sacerdote canitur versus & oratio.

*Vers. In pace factus est locus eius.*

*Resp. Et in Sion habitatio eius.*

*Oratio Respice quasumus Domine super hanc, &c. in tono feriali, secreto proferendo verba. Qui tecum, Qua finita, completa sunt omnia.*

TITVLVS



XII.

TITVLVS XIII.

De Sabbatho Sancto.

in sepulchrum.

ante tempestiue  
pro sepulchro,  
quo extenditur  
laceus, & super  
tur puluinar am-  
ppa sericea supra  
oratione populi  
speris. Celebrans  
nigri coloris ac-  
celebrauit, &  
m thuribulo &  
paribus accensu-  
us inter Diacono-  
ambabus mani-  
dictum locum.  
a voce. Ecco quo-  
omino, &c. Sicut

ad dictum locum,  
reter a Cele-  
o, & imposito  
a thuribulo ter  
tribulo a duo-  
erdote canitur.

eius.  
is.  
super hanc, &c.  
verba. Qui te-  
omnia.

1. Sabbathum Sanctum sic dicitur, quia San-  
ctus Sanctorum, hac die requieuit in sepul-  
chro. Summo mane mundatur Ecclesia, & pul-  
cherrime ornatur, operiuntur altaria albis para-  
mentis pretiosioribus; antipendia tamen alba  
non appareant, sed violacea usque ad finem Lita-  
niarum.

2. Lampades extinctæ ante altare sint, donec  
ignis nouus benedictus fuerit. Imagines omnes  
adhuc rectæ remaneant usque ad finem dicta-  
rum Litaniarum, exceptis crucibus; quæ heri  
detectæ sunt.

3. Super Credentiam paratam ponitur Calix  
paratus cum suis necessarijs albi coloris, duo  
Missalia, ampullæ vini & aquæ, aliæque necessa-  
ria pro Missa.

4. Ad latus Euangelij in plano prope locum  
vbi regulariter cantatur Euangelium, paratur  
Candelabrum magnum pulchre elaboratum &  
emittens pro cereo paschali imponendo ante il-  
lud legile vestitum albo velo & super illud Missale  
clausum. Item paratur Arundo in cuius summi-  
tate tres candelæ poni possint. Thuribulum cum  
nauicula, vas aquæ benedictæ cum alperlo ro-  
peluis a genti, a vel ex alia pulchra materia in qua  
sint qui que grana incensi cereo paschali impo-  
nenda.

5. Extra Ecclesiam in atrio aut aditu ipsius  
loco congruo parantur ligna sicca aut carbones  
extincti accendendi, & pro nouo igne benedi-  
centi, instrumenta ad excutendum nouum

X. 55 ignem

TITVLVS



ignem de silice, aliaque necessaria, velut forcipes ferreæ ligna sulphurata, lucerna ad includendam candelam de nouo igne, ne vento extinguatur.

6. Si Ecclesia habeat fontem baptismalem, omnia pro benedictione eiusdem necessaria veluti aqua purissima in fonte præparata, Ampullæ olei Catechumenorum & Chrismatis mensulæ ibidem præparatæ cum lumine imponendæ, linteam mundum ad extergendas manus Celebrantis cum aquam tetigerit, vas amplum implendum aqua postquam benedicta fuerit ante infusionem oleorum, reteruanda sequenti die pro aspersione fidelium.

## TITVLVS XIV.

### *De Benedictione noui ignis.*

1. **M**ANÈ dicuntur horæ diurnæ vsque ad Nonam exclusiue candelis Altaris extinctis vsque ad principium Missæ coopertis & ornatis altaribus.

2. Hora competenci datur signum eum tabula inchoandi officium, secundum morem locorum, habita tamen ratione Ecclesiæ Metropolitanæ, Cathedralis, aut matricis, ita vt ista Ecclesia prius incipiat suum officium. Dum dicitur Nona antiquus ignis qui est intra Ecclesiam omnino extinguitur per aliquem Acolythum, interim excutitur ignis de silice extra Ecclesiam & ex eo accenduntur Carbones.

3. Dicta Nona Sacerdos indurus Amictu, Alba, Cingulo, stola & pluuiali violaceo, vel sive casula, Diaconus stola violacea, Subdiaconus in stola alba, sic parati procedunt cum Clero extra Ecclesiam.



Ecclesiam ad benedicendum ignem hoc ordine, procedunt tres Acolythi, scilicet primus & solus cum vase aquæ benedictæ & aspersorio, tum Thuriferarius cum nauicula & thuribulo vacuo habens à sinistris alium Acolythum deferentem peluiculam cum quinque granis thuris, sequitur Subdiaconus solus paratus cum Cruce, tum Clerus per ordinem in silentio, denique Celebrans cum Diacono à sinistris manibus iunctis omnes nudo capite præter ipsum Celebrantem.

4. Cum peruenerint ad locum designatum, Subdiaconus stat ad portam Ecclesiæ renes erigens, faciem verò suam, & imaginem Crucifixi, Celebranti, Clerus hinc inde, iuniores ad Crucem, Seniores Celebranti viciniores. Ad eius dexteram Diaconus & Acolythi supra dicti.

5. Tum benedicit nouum ignem ex libro Missalis quem Acolythus aliquis tenet, vel super pulpitem posito sine cantu, manibus iunctis, & dum format signum Crucis Diaconus ad eius dexteram simbriam pluuialis eleuat.

6. Igne nouo benedicto, accedit statim Acolythus tenens quinque grana incensi imponenda in cereo in pelui eleuata ad pectus ante Celebrantem, qui absolute sine *Oremus*, incipit benedictionem eorundem.

7. Interim Thuriferarius cum forcipibus, carbones benedictos imponit thuribulo, finitaque oratione accedit cum thuribulo & Nauicula prope Celebrantem qui imponit & benedicit thuris in thuribulo more solito, ministrante Diacono nauiculam cum osculis, deinde accepto de manu Diaconi aspersorio ter aspergit grana incensi, & postea ter nouum ignem in medio



medio, à dextris & sinistris eorum dicens Antiphonam *Asperges me*, sine cantu, & reddito aspersorio accipit thuribulum de manu eiusdem Diaconi, eodem modo quo aspersit, ter incensat prædicta. Deinde accenduntur Candelæ de nouo igne, & si opus, laternæ includuntur, ne à vento extinguantur.

8. Tum Diaconus deposita stola violacea indutus manipulo, stola, & Dalmarica albicoloris, sumpto etiam hic à Subdiacono manipulo violaceo accipit arundinem cum tribus candelis in summitate illius triangulo distinctis.

9. Deinde ordinatur Processio hoc modo. Posito a Celebrante incenso in thuribulum de more præcedit Thuriferarius cum Acolyto à sinistris cum quinque granis incensi; Deinde Subdiaconus cum Cruce, & Clerus per ordinem, deinde Diaconus cum Arundine habens aliquem Clericum à sinistris cum candela accensa de nouo igne etiam intra laternam, si opus sit, vltimò Celebrans manibus iunctis, & recto capite.

10. Cum Diaconus ingressus fuerit Ecclesiam & post eum Celebrans, sistunt se omnes, Diaconus inclinat Arundinem & minister deferens candelam accensam de nouo igne accendit vnã ex tribus quæ in cuspide ipsius arundinis positæ sunt, & mox Diaconus genuflectit, & omnes alij cum eo, excepto solo Subdiacono cum Cruce & eandem arundinem eleuans, voce graui, cantat solus *Lumen Christi*, & Clerus adhuc genuflexus, respondet eodem tono *Deo gratias*; Et procedens ad medium Ecclesie, ibi accenditur alia candela: & iterum genuflexus vltimò supra altius cantat, *Lumen Christi* & Chorus eodem tono respondet *Deo gratias*. Tertio procedente Altare, vbi accenditur tertia candela & rursus genuflexus, vt prius adhuc, alius cantat

*Lumen.*



Lumen Christi & Chorus eodem tono respon-  
det Deo gratias. Deinde Celebrans ascendit ad  
altare in cornu Epistolæ, & Diaconus dat Arun-  
dinem vni Acolycho, Subdiaconus & alij mi-  
nistri secedunt versus latus Euangelij, in plano,  
Clerus recedit ad Chorum.

TITVLVS XV.

De benedictione Cerei Paschalis & alijs.

1. **D**Um Celebrans est in cornu Epistolæ Dia-  
conus accipiens librum Missalis, ascendit  
ad supremum gradum altaris & genuflexus ibi-  
dem absolutè non præmittens *Munda cor meum*,  
conuersus ad Celebrantem petit ab eo benedi-  
ctionem, alijs ministris stantibus, qua accepta &  
olecularâ eius manu surgit, descendit in planum,  
ibique genuflectit, & omnes alij cum eo, excep-  
to Subdiacono & Ministro arundinem ferente;  
Tum procedit ad pulpitem paratum hoc ordine.  
Præcedit Thuriferarius cum thuribulo & naui-  
cula, & à dextris eius Acolythus cum quinque  
granis incensi, tum Subdiaconus cum Cruce, &  
à sinistris eius Acolythus cum Arundine, vltimò  
Diaconus solus cum libro ante pectus.

2. Cum peruenerint ad legile Diaconus po-  
nit super illud librum Missalis, quem statim ape-  
rit, ibique omnes hoc ordine se collocant. Sub-  
diaconus stat à dextris Diaconi, vertens faciem  
Crucifixi quæ est in Cruce, ad Celebrantem & à  
dextris Subdiaconi Thuriferarius, à sinistris  
Diaconi Acolythus cum arundine, & ad eius sini-  
stram Acolythus tenens quinque grana incensi,  
omnes vertentes faciem, prout Diaconus versus  
librum & formantes rectam lineam cum eo.

Carem. Epist.  
lib. 2. c. 27.

X. s. 3. His

Tit. XIV.  
orum dicens  
e cantu, &  
lum de manu  
no aspersit, ter  
ntur Candelæ  
cluduntur, ne  
  
a violacea in-  
ca albi coloris,  
anipulo viola-  
us. candelis in  
tis.  
  
o hoc modo.  
huribulum de  
n Acolycho à  
nfi; Deinde  
per ordinem,  
bens aliquem  
censa de nouo-  
t, vltimò Ce-  
apite.  
uerit Eccle-  
nt se omnes,  
minister dese-  
gne accendit  
us arundinis  
ufectit, &  
Subdiacono  
eleuans, vor-  
& Clerus ad-  
oro Deo gra-  
cleliæ, ibi ac-  
enuflexus vt  
Chorus co-  
ertid proce-  
a candela &  
alijs cantet  
Lumen



3. His ita dispositis Thuriferarius de more tradit thuribulum Diacono, qui de more librum recitans, ut ad Euangelium, quo reddito surgentibus omnibus, & stantibus, ut sit ad Euangelium alta, sonora, & deuota voce, manibusque iunctis incipit absolutè in cantu præconium *Exultet, &c.* Celebrante ad ipsum conuerso stante.

4. Cum dixerit verba illa corruat imperia à cantu cessans vadit ad Cereum cum Acolycho de granis incensi, & illa infigit Cereo in modum Crucis, ita ut primum granum in suprema parte, secundum in media, tertium in infima, quartum in dextera, & quintum in sinistra parte ipsius infigat. Quo facto redit ad librum prosequens *In huius igitur, &c.* Usque ad hæc verba *rutilans ignis accendit*, in clasiuè tunc enim Diaconus accipiens vnā ex tribus candelis arundinis accendit cereum. Deinde Diaconus prosequens *Quis licet sit diuisus* Acolythus sumpto lumine de cereo, vel de candelis arundinis accendit lampades Ecclesiæ.

5. In fine benedictionis cerei, excepto Papa, Episcopo, & Imperatore, cui additur electi titulus, si non sit coronatus, nemo alius nominari debet inconsultâ Sede Apostolicâ; Sede Romanâ vel Episcopali vacante tacetur nomen Papæ aut Episcopi.

6. Completâ Cerei benedictione, Diaconus claudit librum & facta genuflexione Altari vadit ad Sacristiam, si prope sit, vbi depositis paramentis albis, induit se manipulo & stolâ violaceâ, & vadit ad Celebrantem, qui exiit, & sumit manipulum & casulam violacei coloris. Interim Crux deponitur à Subdiacono in loco decenti, & arundo stabilitur pede marmoreo aut alio præparato non procul à cereo.

7. Postcâ



7. Postea Lector facta reuerentia Altari manibus iunctis vadit ad medium Chori, vel ante Altare, ibique ex libro super palpitum posito, absolute sine titulo incipit Prophetiam manibusque extensis hinc inde, & semper ad librum vel pulpitem appositis eamque expedite cantat sicut Lectiones feriales, & in fine parum vocem inflectit. Celebrans vero stante Diacono a dextris eius & Subdiacono a dextris huius, vt in Introitu Missæ legit Prophetias submissa voce in cornu Epistolæ.

8. Finita Prophetia, Lector genuflectit cum Socio ad Legile, nec antè surgit donec Subdiaconus dixerit *Leuate*. Si tamen post Lectionem sequitur Tractus Lector immediate ea finita vadit ad Altare, relicto suo libro super legile, ibique genuflectit in infimo gradu, & redit ad locum suum, quod ita fit ab omnibus sine osculo manus Celebrantis.

9. Hæc omnia vicissim in alijs Prophetijs cantandis seruanda sunt, ordo autem eas legendi talis est, vt primæ à Iunioribus, postremæ à Senioribus, & maioribus nisi aliter necessitas suadeat, legantur.

*Cerem. Epistolæ lib. 2. c. 27.*

10. Si sedere voluerit Celebrans post lectam in Altari Prophetiam, sedeat ad scamnum conuicium, sed nudum in larere Epistolæ, eat autem per viam breuiorem cum ministris, & redeat per longiorem cum debitis reuerentijs ante medium Altaris, neque quouis modo sedeat ante Altare; quod Episcopo tantum conceditur.

11. Dum Celebrans dicit Orationes, quæ manibus extensis dicendæ sunt, ministri sacri stant post eum, & dicunt quando opus est *Flectamus genua*, & *Leuate* genuflectentibus omnibus & surgentibus prout opus est.

12. In

ius de more tra-  
more librum ter-  
redito surgen-  
ad Euangelium  
busque iunctis  
um *Exultat*, &c.  
ite.  
ruat imperia à  
n Acolytho de  
o in modum  
suprema parte,  
fima, quacum-  
arte ipsius po-  
prosequens in  
a *rutilans ignis*  
iaconus acci-  
ndinis accen-  
osequens *Qui*  
mine de ce-  
dit lampadas  
cepto Papa  
r electi ritu-  
us nominari  
Sede Roma-  
omen Papa  
Diaconus  
Altari va-  
ofitis para-  
folâ violâ-  
itur, & su-  
oloris. In  
n loco de-  
orco aut a  
7. Postea



12. Interim dum Prophetiæ dicuntur Presbyteri si Catechumeni adsint, Catechizant illos ante atrium vel in aditu Ecclesiæ, nõ autem in eam sicut in Rituali Romano præscribitur, siue sint paruuli, siue adulti, dicuntque & seruant omnia quæ ibidem præcipiuntur vsque ad ingressum Ecclesiæ, quibus peractis, & facta benedictione fontium in Ecclesiam introducuntur vt in Rituali Romano;

## TITVLVS XVI.

### *De benedictione Fontium.*

1. **F**initis omnibus Prophetijs, si Ecclesia habuerit fontem baptismalem Sacerdos benedicturus fontem depositis planeta & manipulo accipit pluuiale violaceum, & præcedente Subdiacono cum Cruce & Acolythis cum candelabris, & aliquo Acolytho portante cereum paschalem accensum post Subdiaconum, descendit cum Clero habens à sinistris Diaconum iunctis manibus & tecto capite ad fontem interim Chorus cantat Tractum *Sicut certus*, &c.

2. Cum peruenerint iuxta fontem Subdiaconus inter Ceroterarios sinit se, ita vt habeat fontes inter se & Celebrantem, & ipse faciem ad eum habeat conuersam. Diaconus verò stat paulò post Celebrantem à dextris eius, & prope ipsum Diaconum Acolythus gestans Cereum paschalem. Celebrans verò regulariter, si nihil aliud impediatur, stare debet conuersus ad occidentem. Clerus autem stat circa fontes choris diuisis, vel quasi in gyrum.

3. Finito Tractu Celebrans dicit iuxta fontes *Dominus vobiscum* & orationem vt in *M. H. l. i. i. u. c. t. s.*



iuñctis manibus in cuius fine attollit vocem  
cantando *Per omnia secula seculorum*; deinde  
prosequitur Præfationem, in qua sex facit Cele-  
brans, 1. orat Deum: 2. manu tangit aquam ter,  
*Primò* diuidens aquam in formam Crucis, *Secun-  
dò* simpliciter, *Tertiò* effundens aquam versus  
quatuor partes mundi. 3. Mutat vocem ter. *Pri-  
mò* per modum Orationis. *Secundò* per modum  
præfationis. *Tertiò* per modum lectionis. 4. Ha-  
lat ter in modum Crucis, & sufflat ter secundum  
hanc figuram in missali præscriptam. 5. demittit  
cereum in aquam ter profundè, profundius &  
profundissimè & eleuat ter. 6. infundit Oleum  
& Chrisma & illa commiscet.

4. Dum Celebrans tangit aquam, Diaconus  
postea ministrandi mappulam ad tergendas ma-  
nus ipsius, & dum signat aquam signo Crucis,  
Diaconus ipse eleuat umbras & iurans, *simili-  
ter* dum aquam tangit aut cereum demittit.

5. Completa benedictione, sed antequam Ce-  
lebrans infundat olea in aquam, unus, vel plures  
Sacerdotes, pro numero assistentium cum stolis  
violaceis accipiunt aspersoria & aspergunt cir-  
cumstantes aqua benedicta, nihil dicentes. Sa-  
crista verò infundit in aliud vas amplum partem  
illius aquæ, eamque seruat ad asperisionem loco-  
rum, domorum & aliarum rerum, & præcipue in  
sequentem diem pro asperisionem populi ad Mis-  
sam, non verò pro omnibus diebus Dominicis,  
vsque ad festum Pentecostes.

6. Postquam Celebrans infuderit oleum, &  
sanctum Chrisma in aquam benedictam, exter-  
git diligenter manus suas; Deinde si sint bap-  
tizandi baptizat eos, secundum præscriptum Ri-  
tualis Romani.



## TITVLVS XVIII.

*De Litanijs, Missa solemnibus & Vesperis. Vnius diei.*

**P**ost benedictionem fontium; & post collatum baptisma, si qui fuerint baptizandi, Celebrans, Ministri & Clerus inde discedunt eo ordine quo venerant. Interim Sacrista aut alius preparat hinc inde super secundum gradum altaris tres cussinos, superponendos capitibus Celebrantis & ministrorum;

1. Cum ad Altare peruenerint, Celebrans & Ministri, deposito Pluuiiali ante altare genuflexi in plano procumbunt, superponentes capita sua praedictis cussinis; dum duo Cantores genuflexi in medio Chori incipiunt Litanias omnium Sanctorum; Caeteris de Choro genuflexis in locis suis respondentibus ea omnia, quae dicuntur a Cantoribus.

3. Vbi non est fons baptismatis, finita ultima oratione, Celebrans deponit casulam, & cum ministris ante altare procumbit, & ij quoque procumbunt in albis depositis manipulis, cussinam coriacij dari possunt tam illis, quam Celebranti sub eorum capitibus, sicque omnibus alijs genuflexis cantantur Litaniae a duobus Cantoribus in medio Chori, utroque Choro idem respondente. Aliqui scripsere perperam geminandum a Cantoribus *Per resurrectionem tuam* quod est contra Bullam Pij V. quae omnes additiones prohibet.

4. Cum in Litanijs peruentum fuerit ad versum *Peccatores*, Celebrans & ministri surgunt, & facta Altari debita genuflexionis reuerentia

*Quatuor  
part. 4. tit.  
20 num. 30.  
lit. b & c.*



rentia sumptisque biretis recto capite in Sacri-  
ficiam, si vicina sit, alioquin in locum vi-  
ciniorē altari, siue post illud siue ad latūs  
recedunt, ibique depositis paramētis violaceis,  
induuntur albis pro Missa solemnī, non enim  
debent se parare ad altare cum sit Episcopi solius  
accipere paramēta ad altare, atque ita à  
Cantoribus finiri debent Litanīæ, vt Ce-  
lebrans & ministri parati sint ad finem ca-  
piti.

5. Interim accenduntur Luminaria, & pals-  
tium violaceum amouetur ab Altari, ornaturque  
Credentia cum suis necessarijs ad Missam sole-  
mē, vt moris est.

6. In fine Litaniarum canatur solemniter  
*Kyrie eleyson*, sed ita lotè, vt Sacerdos, & ministri  
queant procedere ad Altare, facere Confessio-  
nem, incensare Altare de more.

7. Finita incensatione Altaris, Celebrans  
dicit cum ministris nouies *Kyrie eleyson* submissa  
voce, tum incipit solemniter *Gloria in excelsis*,  
&c. tuncque, & non prius pulsantur omnes  
campanæ modò in Ecclesia Metropolitana, Ca-  
thedrali aut Matrīce, prius pulsatæ sint, ex De-  
creto Sac. Congr. Rit. 21. Mart. 1609.

8. Quod si fortè nondum pulsatæ sint, tunc  
pulsantur tantum Campanulæ seu tintinabula  
quæ sunt in Ecclesia & Capellis. Postea verò  
dato signo à Metropolitana, Cathedrali vel  
Matrīce, pulsantur maiores, quæ sunt in Cam-  
panili, licet longè post *Gloria in excelsis* Si-  
militer organa si sint, pulsantur, nec debet  
cessare sonitus Campanarum donec omnino ab-  
soluatur hymnus prædictus.

9. Cantata Epistola à Subdiacono, ipse Sub-  
diaconus osculatur de more manum Celebrantis,  
& acci-

& acci-



& accipit benedictionem ab eo: Deinde ipse Celebrans incipit graui voce cantando *Alleluia* in cornu Epistolæ omnibus in Ecclesia stantibus, idemque ter decantat in vnaquaque vice vocem gradatim altius eleuando, quod Chorus similiter facit, ad singulas vices respondens, & illud *Alleluia* ter repetens, quo cantato tertio à Celebrante, & dicto ibidem versu *Confitemini* à seipso post repetitum *Alleluia*, ac in medio Altaris *Mundacor meum* dicit Euangelium in cornu Euangelij de more, quo finito ibus & Diaconum, vt moris est, benedicit, & proceditur ad Euangelium more solito.

10. Ad Euangelium non deferuntur luminaria, sed stant Ceroferarij manibus iunctis à lateribus Subdiaconi, & tunc se signant cum Diacono Incensum tamen vt alias, deferunt, & in fine Celebrans osculatur librum & incensatur. Non dicitur *Credo*, nec offertorium. Subdiaconus simul cum Calice deferit corporale. *Ad laudabo* Celebrans dicit *Gloria Patri, &c.*

11. Nemo regulariter communicat in hac Missa, excepto Celebrante, aut qui sub hac Missa ad sacros promouentur ordines quia est Missa noctis. Si verò in Parochia velint aliqui pro Paschate communionem accipere, id fiat non in Missa, sed post eandem.

12. Dum Celebrans se purificat dignior in Choro incipit Antiphonam *Alleluia* pro vespertis, quam statim Chorus prosequitur, & subdit Psalmum *Laudate Dominum omnes gentes*. Celebrans verò sumpta ablutione loco antiphonæ quæ dicitur Communio, submissa voce incipit prædictam Antiphonam *Alleluia* & prosequitur Psalmum cum ministris stantibus in cornu Epistolæ, vt in Introitu Missæ. Deinde repetita Antiphona *Alleluia* Celebrans incipit & cantat Antiphonam



Deinde ipse Celebrando *Alleluia* in ecclesia stantibus, que vice vocem Chorus similiter as, & illud *Alleluia* à Celebrante à seipso post cornu Evangelij sonum, ut moris

eruntur luminas iunctis à lateribus cum Diacono fertur, & in fine incensatur. Non Subdiaconus sicut. *Ad laudabo* Ce-

lebrante in hac Missa ad hanc Missa ad aliqui pro Patre, id fiat non in-

eat dignior in *Alleluia* pro vesperis, & subditis gentes. Celebrante antiphonæ voce incipit & prosequitur in cornu Epistolæ repetita Antiphona & cantat Antiphonam

antiphonam *Vespere autem Sabbathi*, quam Chorus prosequitur & Celebrans cum ministris submissa voce. Cantata Antiphona, intonatur *Magnificat*. Interim Celebrans se signat & accedit ad medium Altaris, quod imposito & benedicto de more thure incensat, ut initio Missæ, sacris ministris hinc inde stantibus, illumque adiuvantibus. Eoque incensato, Celebrans etiam à Diacono in cornu Epistolæ incensatur, stante Subdiacono à sinistris eius ut in Introitu Missæ & postea Chorus.

13. Celebrante incensato, ipse cum Subdiacono incipit & prosequitur *Magnificat* usque ad finem, & repetita à Choro Antiphona, Celebrans versus populum in medio Altaris dicit *Dominus vobiscum* & Missam de more absoluit, in cuius fine Diaconus, versus populum cantat *Ite Missa est* cum duplici *Alleluia*, & Missa finita redeunt in Sacristiam, ubi facta imagini debita reuerentia, omnes lateri recedunt, Dominicæ resurrectionis gaudia mutuo sibi annuntiantes.

14. Post Missam sacerdos paratus superpelliceo & stola cum Clericis faces deferentibus reportat pyxidem cum SS. Sacramento ad tabernaculum solitum.

15. Ad Completorium servatur Breuiarium, & Celebrans intonat solenniter Antiphonam *Vespere autem*, quæ tamen non duplicatur, & in fine etiam incipit *Regina cali*, quam Chorus prosequitur.

16. Cereus Paschalis collocari debet ad latus Evangelij, ibique accendi à Sabbatho Sancto, usque ad Dominicam in Albis inclusivè ad Missam, & ad omnes Horas, quia est unicum Resurrectionis festum. Item diebus Dominicis à primis Vesperis usque ad Completorium Dominica inclusivè, ad Horas scilicet & Missam, quia

Dominica



Dominica est repetitio Festi resurrectionis Christi. Item in Festo Ascensionis ad omnes Horas vsque ad finem Euangelij eiusdem diei inclusiuè.

17. Qui recitaturi sunt vespertas extra Missam dicunt *Pater noster, Ave Maria* absolute sine *Deus in adiutorium*, facto signo crucis, incipiunt Antiphonam *Alleluia* reliqua vt in Breuiario dicentes in fine *Benedicamus Domino* cum duplici *Alleluia* & subdunt versum *Fidelium unum*, vt in orationem Dominicam tantum sine vlla Antiphona.

*Canon*  
*Effect. 4. 11. 10.*

18. Si quis rationabili tantum de causa, scilicet pro omni scandalo, in aliquo loco secreto, de licentia superiorum Celebrare desideret, non id faciet, nisi post inchoatum solemne sacrificium, tunc enim deposito luctu & more Ecclesie, incipiet Missam à Confessione cum Psalmo *Indicame Deus, &c.* & alijs quæ sequuntur, & finita Confessione ad altare statim post Orationem *Oramus te Domine* dicat *Kyrie eleyson* & reliqua prosequatur, etiam Vespertas, vsque ad finem Missæ. Missæ votiuæ aut pro Defunctis nullo modo hac die dici debent, ad quod superiores Ecclesiarum maximè attendere debent, est enim contra intentionem Ecclesie.

19. Toto tempore Paschali, scilicet à Missa Sabbathi Sancti vsque ad Completorium post vespertas secundas Dominicæ SS. Trinitatis inclusiuè non sicut unguentum ad Horas, neque ad Salutationem Angelicam, quæ tot in die signo Campanæ datur.



TITVLVS XVIII.

De Feflo Pafchatis & tempore Pafchali.

&c

De modo eleuandi Crucem è fepulchro in nocte  
Sancta Pafcha.

Nocte Sancta Pafche hora competentii  
ante altare ram Sacerdos indutus Amictu,  
Alba, Cingulo, Stola & Pluuiiali albi coloris præ-  
cedente Thuriferario cum thuribulo & Naui-  
cula thuris, duobus Ceteroferarijs cum candelis ac-  
censs. & Clero etiam cum cereis accenss omnes  
veniunt ordine ad fepulchrũ pro afportanda Cruce,  
coram quo genibus flexis recitant summa cum a-  
nimi fubmiffione ac deuotione Psalm. *Miferere  
mei Deus, &c.* cum *Gloria Patri* in cuius fine ad-  
iungitur *Kyrie eleyfon, Chriſte eleyfon, Kyrie  
eleyfon.*

Pater noſter.

Verf. *Et ne nos inducas in tentationem.*

Reſp. *Sed libera nos à malo.*

Verf. *In reſurrectione tua Chriſte, Alleluia.*

Reſp. *Celi & terra latentur, Alleluia.*

Verf. *Domine exaudi orationem meam.*

Reſp. *Et clamor meus ad te veniat.*

Surgens dicat

Verf. *Dominus vobiſcum.*

Reſp. *Et cum Spiritu tuo.*

Oramus.



Oremus,

Deus qui hanc sacratissimam noctem gloria  
Dominica resurrectionis illustras: conserua in nobis  
adoptionis Spiritum, quem dedisti: vt corpore &  
mente renouati, puram tibi exhibeamus seruitu-  
tem. Per eundem Christum Dominum nostrum.  
Resp. Amen.

2. Postea stans imponit incensum thuribulo  
cum benedictione solita *Ab illo benedicaris* & thu-  
rificat Imaginem Christi Crucifixi triplici ductu,  
illamque ambabus manibus reuerenter accipit  
& portat eleuatam processionaliter, deinde pre-  
cedentibus Thuriferario cum thuribulo fumi-  
gante, Acolythus cum candelabris & cereis ac-  
censis & Clero cum luminibus si moris sit, cir-  
cumitur tertio interiùs Ecclesia, Choro interim  
cantante Antiphonam *Cum Rex gloria, &c.* Ita-  
que tertia facta circumitione Sacerdos cum per-  
uenerit ad maius Altare & eidem imposuerit  
Crucem canitur à Sacerdote.

Vers. Surrexit Dominus de sepulchro, alleluia.

Resp. Qui pro nobis pependit in ligno, alleluia.

Oremus,

Deus, qui nos resurrectionis Dominica annua  
solennitate letificas: concede propitius: vt per tem-  
poralia festa qua agimus, peruenire ad gaudia æ-  
terna mereamur. Per eundem, &c.

3. Postea subiungi potest immediatè sequen-  
tia *Victima Paschali laudes, &c.* cum Canticone ger-  
manica post vel alternatim. Christus ist cristau  
Den/ &c. & Regina cali. Quibus dictis inchoatur  
Matutinum.

4. Re-



4. Repraesentationes trium Mariarum visitantium Dominicum sepulchrum hac nocte in Ecclesijs haberi solita, cum potius in ijs inueniatur quod risum mouere possit, & deuotionis intentionem deprimere, quam pietatis aliquem affectum excitare, a diuersis Archiepiscopis & Episcopis prohibita fuerunt, & manent.

TITVLVS XIX.

De ipso Festo Sancto Pasche.

1. Decet vt Matutinæ hac die solemniter ante Auroram Celebrentur, qua hora Christum resurrexisse credimus.

2. Hac die fit aspersio populi ante Missam cum aqua baptismali prius benedicta, sicut etiam in die Pentecostes tantum, exceptis Ecclesijs in quibus non habent fontes baptismales, ibi enim fit aspersio cum aqua hac die more solito benedicta, ad cuius asperionem nihilominus dicitur *Vidi aquam* vt in Missali. Abusus autem est quod in Collegiatis aut Parochialibus in quibus habent fontes baptismales, non benedicatur aqua benedicta Dominicis diebus infra Pascha & Pentecosten, cum tantum ipsa die Paschæ & Pentecostes aspersio populi facienda est cum aqua baptismali diebus Sabbathi benedicta.

3. Quandoquidem in pluribus Diocesisbus ipso die Paschæ, sicut & singulis diebus Dominicis infra Pascha & Pentecosten in honorem Resurrectionis Dominicæ circui solent Ecclesie & seruari Processio, quæ vt conformiter ritibus antiquarum Processionum seruetur, sequentia videntur seruanda. Facta asperione aquæ benedictæ & oratione post eandem dici solita, Celebrans stans in medio Altaris imponit & benedicit thus

X in thu-

am noctem gloria  
conserua in nobis  
sti: vt corpore &  
hibeamus seruitu-  
ominum nostrum.

ensum thuribulo  
benedicaris & thu-  
ixi triplici ductu,  
tuerenter accipit  
iter, deinde præ-  
thuribulo fami-  
bris & cereis ac-  
i moris sit, cit-  
a, Choro interim  
gloria, &c. Ita-  
cerdos cum per-  
dem imposuerit

pulchro, alleluia.  
in ligno, alleluia.

Dominica annua  
tius: vt per tem-  
ire ad gaudia a-  
c.

mediate sequen-  
o Cantione ger-  
istius ist cristian-  
ictis inchoatur

4. Re-



in thuribulum de more, atque Diaconus vertens se ad populum cantat : *Procedamus in pace* Et Chorus responder : *In nomine Iesu Christi, Amen* : Præcedit Thuriferarius cum thuribulo fumigante : deinde Subdiaconus paratus deferens Crucem, medius inter duos Acolythos cum Candelabris accensis : sequitur Clerus per ordinem, vltimè Celebrans cum Diacono à sinistris & cantantur Antiphonæ *Cum Rex gloria, &c. Salve festa dies. &c. Sedit Angelus. Christus resurgens, Recordamini, omnes vel aliqua, quousque durat Processio, qua absoluta, Celebratur Missa.*

4. Decet vt Parochi & Rectores quarumcumque Ecclesiarum propriâ manu Clericis non Sacerdotibus, sicut & laicis sibi subditis communionem præbeant, vt eò melius notari possint quinam præcepto Ecclesiæ satisfaciant.

5. Ex antiqua traditione nihil hac die assumebatur à fidelibus manducandum, quod non fuisset prius à Presbyteris benedictum, ideoque vbi hoc commodè fieri potest, Sacerdos indutus superpelliceo, & stola albi coloris, iuxta præscriptum Ritualis Romani benedicit Panem, Agnum Paschalem, oua, carnem & alia comestibilia benedictionibus in Rituali Romano præscriptis.

6. Hac die & duobus sequentibus diebus non fit commemoratio, de quolibet Sancto, sed à feria quarta ad Laudes & ad Missam fit commemoratio de festis simplicibus occurrentibus, & in Missa dicuntur tantum duæ orationes, quarum secunda est, de Sancto, omittendo. *Ecclesia.*

7. Missæ Votivæ nec priuatæ, nec solennes per hanc octauam regulariter dici non debent.



## TITVLVS XX.

## De Litanis Maiori.

**I**N die S. Marci fiunt Litanie, quas maiores vocamus, & si festum occurrat in die Paschatis Litanie transferuntur in feriam tertiam sequentem ex Decreto Sacre Rituum Congregationis die 25. Septemb. 1617. & tunc in Missa de Rogationibus, quae dici debet sine Gloria, Credo & commemoratione Octauae Paschatis, dicitur quidem Praefatio Paschalis, sed ea quae cum suo cantu dicitur in diebus ferialibus, quia Missa est ferialis & consequenter neque in fine Missae *Ita Missa est* adduntur duo *Alleluia*. In Caneone tamen *Communicantes* Paschae proprium dicitur. Si occurrat in alio quocumque die, semper eodem die fit processio nempe 25. die Aprilis.

1. Dicta igitur die Clerus & populus hora statuta manent in Ecclesia congregati, omnes contrito & humili corde Deum flexis genibus paullisper precentur.

3. Sacerdos indutus Amictu, Alba, cingulo, stola & pluuiali violacei coloris, in Sacristia praecedentibus Thuriferatio cum Thuribulo, & deferente Crucem medius inter duos Acolythos Candelabra cum cereis accensis deferentes procedit ad summum Altare, ibique Clerus Congregatus stando cantat Antiphonam *Exurge Domine, &c* vt in Rituali Romano.

4. Finita dicta Antiphona duo Cantores ante Altare maius genuflexi cum toto Clero & populo deuote Litanias omnium Sanctorum cantare incipiunt, quae & cum repetitione ob longiorem viam recitari possunt, ceteris eadem voce repetentibus.



5. Cum autem cantatum erit. *S. Maria ora pro nobis* surgunt omnes & ordinatim procedunt egredientes, Litaniasque prosequentes, praecedentibus Thuriferario, deferente Crucem, Acolythis & Clero, ultimo loco Sacerdos paratus, pluuiali, & post eum populus.

6. Si consuetum sit in huiusmodi processione portari Reliquias Sanctorum, & sacras imagines, seruabitur consuetudo, remouendi tamen erunt à Processionibus Iudicri & indecori actus.

*Carem. Epif. lib. 2. c. 22.* 7. Eo ordine ibit processio, vsque ad Ecclesiam ad quam dirigitur, iuxta consuetudinem Ciuitatis, cuius Ecclesiae Clerus, procedet obuiam vsque extra portam Ecclesiae processioni, ibique stans eam recipiet.

8. Si Processio sit longior, Litanis que vsque ad preces exclusiue absolutis, dicuntur aliqui psalmi poenitentiales vel Graduales: Hymni vero vel cantica laetitiae in his processionibus omituntur.

9. Si in via diuertendum sit ad Ecclesiam unam vel plures, post ingressum in Ecclesiam intermissis Litanis vel psalmis cantatur Antiphona cum versu & oratione Sancti Patroni illius Ecclesiae. Deinde egrediendo resumuntur Litaniae, vel Psalmi.

10. Postquam peruentum erit ad Ecclesiam, ad quam iuxta consuetudinem Ciuitatis Processio dirigitur, celebratur ibi Missa solemnis Rogationum, in paramenti violacei coloris, & non S. Marci, nisi fuerit Titulus Ecclesiae.

11. Missa finita, Processio regreditur ad Ecclesiam unde exiit, cantando interim Litanias vel psalmos poenitentiales aut Graduales nondum absolutos, & reuersa in Ecclesiam omnes genuflexi, Sacerdos pluuiali indutus ante summum Altare genuflexus cantat preces deinde stans oratio.



orationes post Litanias omnium Sanctorum in Breuiario Romano assignatas. Clero respondente.

12. In Processionibus & Litanis minoribus quæ Rogationes vocantur; & tribus diebus ante Ascensionem Domini fiunt, eadem seruantur. Ad similitudinem harum Processionum regulari poterunt alia processiones extraordinariæ, quæ fieri quandoque contingunt ad placandam iram Dei. Si verò Celebrandæ erunt processiones ex causa lætitiæ, pro gratiarum actione, aut etiam pro translatione aliquarum insignium Reliquiarum Sanctorum, ordinari poterunt ad exemplum Processionis SS. Sacramenti, de quo supra fusè actum est.

13. In Litanis Maioribus S. Marci & Rogationum, qui intersunt Processioni, caveant, ne fabulentur, ne rei fiant coram Domino materialiter tantum interessendo, nam Litanie sunt pars integralis officij huius diei, & idcirco, qui non intersunt Processioni, dicto in Laudibus *Benedicimus Domino* omisso, & *Fidelium anime*. &c. & Antiphona *Regina calix* tenentur recitare priuatim genibus flexis Litanias cum suis precibus & orationibus sine psalmis pœnitentialibus.

14. Missa Processionum Litaniarum tres habet orationes, sine commemoratione cuiuscumque festi occurrentis, de quo, si nouem Lectionum est, poterit cantari, aut saltem legi alia Missa.

15. Altarium minorum paramenta erunt conformia officio, Altaris autem maioris & celebrantium in quocumque altari conformia erunt Missæ Rogationum.



TITVLVS XXII.

De vigilia & festo Ascensionis Domini.

1. **I**N vigilia Ascensionis, si occurrat festum simplex, in Missis priuatis fit commemoratio de eo in secunda oratione, & tertia erit de Rogationibus, quæ in officio nullam habet commemorationem. In Missis priuatis de festo nouem Lectionum fit commemoratio primò de vigilia, & postea de Rogationibus. Si occurrat hac die festum Patroni nulla fit commemoratio de vigilia.

2. Si occurrat festum nouem Lectionum non Patroni, dicuntur in hac vigilia tres Missæ in Ecclesijs Collegiatis; Prima post Tertiam de festo, secunda post sextam de vigilia, tertia de Rogationibus post Nonam, & in vnaquaque earum secunda Oratio erit *Concede* tertia *Ecclesia* vel pro Papa.

3. In festo Ascensionis Domini extinguitur Cereus Paschalis post Euangelium, dictis his verbis *Assumptus est in calum, &c.* ad repræsentandum Christi discessum ab Apostolis, qui non amplius accenditur sed reponitur vsque ad Sabbathum sanctum ad benedictionem fontis.

4. Si aliquod festum occurrat habens octauam quæ nondum finita est feria sexta post octauam Ascensionis, finitur ad Nonam huius diei inclusiue, nec amplius, etiam ad Vesperas sequentes fit vlla commemoratio de octaua.



## TITVLVS XXIII.

## De Vigilia &amp; die Pentecostes.

1. **I**N vigilia Pentecostes; quo ad Prophetias, benedictionem fontis, Litanias, paramenta violacea, Cussinos, & alia, sunt omnia vt Sabbatho Sancto annotata sunt.

2. Officium Horarum est de Ascensione, vt que ad Nonam inclusiuè ad quam etiam est paratum Altare pallio albo, & finitâ Nona violaceo, facile remouendo post Litanias.

3. Missa solemnis huius vigiliæ, etiâ in Ecclesijs, quæ habent nō fontem, incipit à Prophetijs, idè-que Celebrans hora competenti in Sacristia indutus cum ministris paramentis violaceis procedit ad Altare, quod in medio osculatur, & dicuntur Prophetiæ sine lumine Altaris eodem ritu, quo Sabbatho Sancto, ad quas sedet Celebrans vt eodem die post finem earum.

4. Finitis Prophetijs cum orationibus, in Ecclesijs vbi non fons baptismalis Celebrans deponit Casulam, & cum ministris ante Altare procumbit, & alijs omnibus genuflexis cantantur Litanias à duobus Cantoribus in medio Chori, vtroque Choro idem simul respondente, cum auctorem peractum fuerit ad Vers. *Peccatores te rogamus* etc. Sacerdos & ministri surgunt, & accedunt ad Sacristiam, vbi induuntur paramentis rubris, accensisque luminaribus circa Altare, in fine Litaniarum cantatur solemniter *Kyrie eleyson* quod tam lentè cantari debet, vt eo dicto statim Celebrans possit inchoare *Gloria in excelsis* ad cuius decantationem pulsantur Campanæ. Ad Euangelium non portantur luminaria

is, si occurrat  
Missis priuatis sit  
unda oratione, &  
uæ in officio nul-  
n. In Missis priua-  
a fit commemorati-  
de Rogationibus,  
roni nulla sit com-

em Lectionum non  
a tres Missæ in Ec-  
t Tertiam de festo,  
a, tertia de Roga-  
vnaquaque earum  
tertia Ecclesia vel

omini extinguitur  
lium, dictis his  
etc. ad repræsen-  
Apostolis, qui non  
tur vsque ad Sab-  
ionem fontis.

rrat habens octa-  
ia sexta post octa-  
Nonam huius diei  
m ad Vesperas se-  
io de octaua.



sed tantum incensum; flectuntur autem genua tantum, ad elevationem SS. Sacramenti, qua facta surgunt.

5. Ad Euangelium non porrantur luminaria, sed incensum tantum; Si vero Ecclesia habuerit fontem baptismalem, absoluitur Prophetijs, vadit ad fontem vt in Sabbatho Sancto.

6. In Festo Pentecostes & tota octaua Hymnus *Veni Creator* dicitur ad Tertiam, & ad primum versum hymni prædicti genuflectitur.

7. Ad Missam solemnem, Celebrans dicto à se Euangelio, & dum cantatur in Choro versus *Veni Sancte Spiritus* cum ministris genuflectit super supremum gradum altaris. Ideo Chorus ita lentè debet decantare versum præcedentem *Emitte Spiritum* & Celebrans ita tempestiuè dicere Euangelium suum, vt possit ipse genuflectere ad prædictum versum, quo dicto potest sedere, sed tempestiuè redeat ad altare vt benedicat incensum, & Diaconum pro Euangelio.

8. Sabbatho post Missam, quæ dicitur post Nonam, tempus Paschale terminatur, & ideo post cœnam benedictio & gratiarum actio dicuntur vt alio tempore cum Psalmo *Miserere mihi Deus*, vel *Laudate Dominum omnes gentes*.

---

## TITVLVS XXIV.

### *De Festo Corporis Christi.*

**H**oc Festum solennissimum ex instituto Urbani IV. de anno 1262. ab Eugenio IV. de anno 1433. confirmatum, in quo solemniter loci superior celebrare solet, ideo Altaris ornatus sollemnis esse debet, pariter Celebrantis, ac Ministrorum paramenta prætiosa albi coloris.

2. Primæ



antur autem genua  
sacramenti, qua fa-

portantur luminaria,  
Ecclesia habuerit  
is Prophetijs, vadit  
Et.

tota octava Hym-  
niam, & ad pri-  
genuflectitur.

Celebrans dicto à se  
r in Choro versus  
ris genuflectit su-  
Ideo Chorus ita  
am præcedentem  
ita tempestive di-  
re ipse genuflecte-  
dicto potest sede-  
rare vt benedicat  
angelio.

quæ dicitur post  
inatur, & ideo  
tatum actio di-  
almo *Miserere mi-*  
*seres gentes.*

risti.

um ex instituto  
ab Eugenio IV.  
quo solemniter  
o Altaris orna-  
Celebrantis, ac  
albi coloris.

2. Primæ

2. Primæ Vesperæ solemniter celebrantur,  
non tamen in eis exponitur Sanctissimum Sac-  
mentum, & ideo in Hymno, *Tantum ergo Sacra-* *Carem. Epif.*  
*mentum, &c.* non genuflectitur, per octavam vt *lb. 2. c. 8.*  
tò quando Sanctissimum Sacramentum exposi-  
tum est, ad dictum versum in Choro ab omni-  
bus genuflectitur, sicut etiam ad versum *O Salu-*  
*taris Hostia, &c.* aliàs autem non genuflectitur.

3. Hoc Festum habet octavam privilegiatam,  
quæ nulli cedit nisi octavæ SS. Trinitatis, si enim  
Festum Trinitatis celebratur cum octava, feria  
sexta & Sabbatho infra octavam Corporis Chri-  
sti fit de octava Festi Trinitatis, & commen-  
tatio tantum de octava Corporis Christi, vt patet  
ex Octavario Romano, vbi assignantur lectio-  
nes secundi & tertij Nocturni huius octavæ. Ad-  
mittit hæc octava Corporis Christi quidem fe-  
sta duplicia, sed non semiduplicia, neque dupli-  
cia translata, nisi sint festa primæ classis, aut se-  
cundæ, vnde fit de festo S. Ioannis etiam transla-  
to, v. g. si occurrat in festo Corporis Christi, &  
tunc transfertur in feriam sextam proximam, nisi  
impediatur aliquo festo duplici, quia tunc trans-  
feretur in Sabbathum.

4. Indulgentiæ concessæ sunt à summis Pon-  
tificibus ijs qui officio hac die & tota octava in-  
terfunt, easque etiam consequuntur qui inter-  
funt officio de Sanctis, qui infra hanc octavam  
occurrunt licet officium non fiat de Corpore  
Christi quod Ioannes Papa istius nominis XXII.  
confirmavit.

5. Vt Processio, quæ hac die solemnissima  
haberi debet, secundum sollemnitatem & reue-  
rentiam tanto Sacramento debitas fiat, diligen-  
ter omnia quæ ordinantur in Rituali Romano  
Pauli V. titulo de Processione SS. Sacramenti, si-  
cut etiam ea quæ in hoc Compendio supra Ti-  
tulo



cul<sup>o</sup> XXIV. de Processione SS. Sacramenti annotata, seruanda sunt.

6. Quia solitum est per totam hanc octauam exponere Sanctissimum Sacramentum super Altare dum Vesperæ, aliaque officia diuina recitantur, Altare decenter ornatum esse debet velis, floribus & alijs ornamentis.

7. Quando per octauam Sanctissimum exponetur Sacramentum, Sacerdos paratus in Sacristia Amictu, Alba, Cingulo siue superpelli-  
ceo, stolâ, & pluuiiali albi coloris præcedentibus. Thuriferario cum thuribulo & Ceroferarijs cum facibus ardentibus procedit ad altare ante quod omnes simul genuflectunt, interim Sacrista vel alius in Sacris ordinibus constitutus aperit ostium tabernaculi. Deinde Celebrans imposito thuribulo sine benedictione triplici ductu thurificat SS. Sacramentum genuflexus mox surgens, ascendit ad Altare accipit SS. Sacramentum & vertens se ad populum cantat vers. *Tantum ergo*, semelque populum benedicens collocat monstrantiam cum SS. Sacramento in loco eminenti Altaris, factaque genuflexione, in superiori Altaris gradu genuflexus rursus SS. Sacramentum triplici thurificat ductu, facta ante & post profunda capitis inclinatione, postremò Celebrans surgit & facta in plano genuflexione recedit in Chorum, aut Sacristiam. Quæ Cere-  
monia etiam obseruantur in repositione SS. Sa-  
cramenti.

---

## TITVLVS XXV.

### *De Octaua Corporis Christi.*

1. Solitum est octaua die huius festi post finem Completorij instituere processionem ad repo-



ad reponendum SS. Sacramentum, quæ non tam *Caym. Epist. lib. 2. c. 33.* solemnibus, & longa via, vti prima, sed per Ecclesiam, vel parum circa extra eam fieri debet.

2. Dum dicitur Completorium Ministri, Celebrans, Diaconus & Subdiaconus, Acolythi & Thuriferarij parant se suis paramentis, & alius Subdiaconus qui deferat Crucem processionalem, sicque parati procedunt ad Altare præcedentibus Thuriferarijs, Subdiacono eum cruce, & Ceroferarijs cum cereis accensis, postea sequitur Celebrans medius inter Diaconum & Subdiaconum eleuantes pluuiale de more.

3. Postquam ad Altare peruenerint genuflectunt omnes in plano, Deinde Celebrans surgens imponit thus duobus thuribulis de more & incensat SS. Sacramentum in loco suo, quo facto imponitur ipsi velum oblongum, Deinde Diaconus ascendit ad Altare accipit Monstrantiam cum SS. Sacramento & tradit de more celebranti & fit processio ritibus supra, in processione SS. Sacramenti præscriptis cum decantatione Hymnorum de SS. Sacramento, *Pange lingua, Sacris solemnibus, verbum supernum*, habendo considerationem longioris vel breuioris viæ, reponiturque cum cæremonijs & cantu in Rituali Romano de processione SS. Sacramenti præscriptis.

4. Postridie manè Sacrista vel alius Sacerdos in Missa sumpto pretioso sanguine, sacram hostiam, quæ in Monstrantia asseruabatur, ante purificationem sumet. Lunulam verò diligenter purificabit, atque etiam, si videbitur, vino lotam purificatorio extergit, & Monstrantiam cum alijs vasis sacris securè deponet & reseruabit.



## TITVLVS XXVI.

*De Dominicis per annum.*

1. **D**E Dominicis per annum, nihil aliud notandum occurrit, nisi quod post Pentecosten vsque ad Aduentum quando celebratur feria, Altaris ornamenta, ac Celebrantium paramenta erunt viridis coloris, exceptis Dominicis infra aliquam octauam occurrentibus, nam tunc color erit conformis Sancto, cuius octaua celebratur.

2. Item, quod illa dicatur cuiusque mensis prima Dominica, quæ incipit in Calendis, vel est proximior Calendis illius mensis, ita ut si Calendæ fuerint secunda, tertia, vel quarta feria, illa censeatur prima mensis Dominica, quæ præcedit illas Calendas, si autem Calendæ fuerint quinta, sexta, vel Sabbatho, prima Dominica mensis erit illa, quæ sequitur ipsas Calendas, & in ea liber scripturæ, qui ponitur in prima hebdomada, inchoari debet, ita, ut in præcedenti Sabbatho ponatur Antiphona ad *Magnificat* illius historię, quæ in prima mensis Dominica legi debet.

## TITVLVS XXVII.

*De commemoratione omnium Fidelium Defunctorum.*

1. **I**N Festo omnium Sanctorum post secundas Vesperas dicitur officium Defunctorum in omnibus & per omnia uti supra titulo de officio Defunctorum annotatum est.

2. *Missæ.*



nil aliud no-  
post Penteco-  
celebratur de  
orantium para-  
otis Dominicis.  
ibus, nam tunc  
as octava cele-  
riusque mensis  
Calendis, vel  
us, ita ut si  
el quarta feria,  
nica, quæ præ-  
Calendæ sus-  
prima Domi-  
r ipsas Calen-  
nitur in prima  
t in præceden-  
ad Magnificatæ  
us Dominica.

post secundas  
functorum in  
ulo de officio.

2. Missæ

2. Missæ omnes dicuntur pro omnibus fide-  
libus. D. sanctis, neque fit iniuria ijs quibus quo-  
tidiana fortè extat obligatio Missæ, cum hæc sit  
intentio Ecclesiæ. Dicitur tamen vna Missa de  
octava post Tertiam in Collegiatis Ecclesijs, &  
Missa principalis post Nonam dicitur pro omni-  
bus Defunctis à superiore Ecclesiæ.

3. Si habendus sit sermo, hac die, habeatur de  
more finita Missa ante absolutionem.

4. Quia hodie fit absolutio solennis Defun-  
ctorum & omnes fideles solent illuminare & vi-  
sitare sepulchra fidelium, lugubris processio in-  
stituta solet, finito ergo summo sacro, aut sermo-  
ne, Chorus incipit Responsorium *Libera me Do-  
mine, &c.* & si hoc non sufficiat, possint alia ex  
nocturnis officij Defunctorum decantari, donec  
processio completa fuerit. Celebrans per viam  
processionis aspergit & thurificat sepulchra  
mortuorum, elevante simbrias pluuiialis à dex-  
tris Diacono, Subdiacono autem deferente Cru-  
cemiater duos Ceroferarios. Postea in Eccle-  
sia Cantores subdunt de more *Kyrie eleyson* &  
primus Chorus respondet *Christe eleyson* & secun-  
dus *Kyrie eleyson* Celebrans subdet *Pater noster.*  
*Et ne nos inducas* versus & orationem *Absolue*  
in cuius fine Celebrans addit versum *Requiem æ-*  
*ternam, &c.* Choro respondente *Et lux perpetua,*  
deinde Cantores subdunt *Requiescant in pace.*

## TITVLVS XXVIII.

### De Festo Patroni & Dedicacionis Ecclesiæ.

1. **F**estum Patroni propriæ Ecclesiæ est festum Carem. Episc.  
lib. 1. c. 12.  
principale & solemnissimum, ideo Ecclesia  
debet elegantissimè ornari. supra fores Ecclesiæ

X 7

apponi.




apponi potest imago Sancti Patroni, & si Ecclesia habuerit indulgentias plenarias in tabella pulchrè elaborata appendantur ad fores Ecclesiarum cum hac inscriptione *Indulgentia plenaria.*

2. Festum patroni loci est quidem primæ classis in tota Diocesi, in ciuitate cum octaua, extra sicut apud Regulares sine ea, non est tamen tanta solennitatis ac festum Patroni proprii loci.

3. Festum Dedicationis propriæ Ecclesiæ & Cathedralis est festum primæ classis. De hac fit octaua tantum in ciuitate, de illa in propria Ecclesia.

4. In Dedicatione propriæ Ecclesiæ solent ardere candelæ ad Missam, & omnes horas, ante duodecim Cruces parietibus infixæ & depictæ, quæ in eius consecratione sacro Chrismate inunctæ sunt.



P A R S VII.

*De Ceremonijs Episcopalibus.*

TITVLVS I.

*De officio Presbyteri assistentis ad Vesperas  
Episcopo Celebrante.*

1. **D**ignior esse debet tam ex Dignitatibus, quàm Presbyteris ipse Presbyter Assistens, quocumque nomine appelleretur, siue Archidiaconus, siue Archipresbyter, in Sacerdotio constitutus, & in Sacerdotalibus officijs expertus, vt Episcopo ministrare possit.

2. In Vesperis induitur superpelliceo ac pluuiali coloris officio conuenientis sine pectorali aut formali ad pectus, & cum Episcopus fuerit

sic